Philology - Collections
Dissertations, Academic - Germany

DE

NONII MARCELLI LOCIS PLAUTINIS

PART. I.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM SCRIPSIT

ATQUE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

UNIVERSITATE GRYPHISWALDENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE III. MENSIS FEBRUARII ANNI MDCCCLXXXVI

HORA XI

PUBLICE DEFENDET

CAROLUS REBLIN

POMERANUS.

ADVERSARIORUM PATRES SUSCIPIENT:

A. BRUNK, sem. reg. phil. et theot. sod. ord.
L. TESCH, sem. reg. theot. sod. ord.
G. BOELSING, stud. phil.

GRYPHISWALDIAE 1886.

APUD JULIUM ABEL.

PARENTIBUS OPTIMIS

SACRUM

Caput I.

Nonii Marcelli compendiosa doctrina liber est aureus propter copiam testimoniorum, quae auctor imprimis e veteribus scriptoribus corrasit: quin etiam prorsus oblivione obruta essent nonnulla antiquissimae artis atque doctrinae monumenta, nisi Nonius nobis exigua eorum rudera servasset. Haec testimonia plurimum valent; nec vero multo minoris ducenda sunt exempla e scriptis temporum benignitate servatis petita, cum sint utilissima et ad ipsa scriptoris verba restituenda et ad illorum condicionem qualis fuerit Nonii aetate cognoscendam. Iam cum scripturae Nonianae saepissime cum in aliis tum in testimoniis Plautinis vehementer a codicibus nostris discedant, mihi propositum est quaerere, quaenam ratio inter Nonii atque Plauti librorum memoriam intercedat. Sed priusquam ad ipsum propositum accedam, non ab re videtur esse nonnulla de Nonii opere deque rationibus, quibus ego utar, praefari.

Cum Nonius esset homo insulsissimus indoctissimusque, vix est credendum ipsum omnes illas copias collegisse sed multo verisimilius est, eum aliorum grammaticorum opera esse depeculiatum. Quomodo compilaverit Gellium, demonstravit M. Hertzius (ann. phil. vol. 85 p. 705 sqq.); ceteros fontes, cum praeter ipsos scriptores Nonius auctores suos non nominet, plerumque nondum explorare possumus sed contenti erimus, si licebit terminare, quantum ad singulos fontes redeat. Iam primus Schneidewinus (Nunt. erud. Gott. 1843. p. 697 sqq.) nonnullas series lemmatum ex uno scriptore sumptorum dispexit, tum Riesius (symb. philol. Bonn. p. 483 sqq.) alteram primi libri partem ex certis ordinibus constare, qui etiam passim eisdem locis libri secundi exstarent observavit. Totum

librum primum Schottmuellerus (symb. philol. Bonn. p. 80
dissolvit simulque agnovit duo esse ordinum Plautinoru
nera, quorum alterum tantummodo exempla ex Amphi
Asinaria, Aulularia hausta exhiberet. Denique P. Schn
libro illo, qui inscribitur „de Nonii Marcelli *auctoribus*
maticis“ (Lipsiae 1878) non sine fructu conatus est
Nonii opus in partes discribere et adiecta tabula *illus*
quos ordines per omnem librum sibi occurrerint. — I
Schmidtii libro quamquam nititur haec disquisitio, tam
semper eius sententiae adstipuler, cum a me *impetrar*
possim, nunc, ne abscondita ratione fallam, quibus de
quae quidem ad exempla Plautina pertineant, *aliter mihi*
candum videatur, exponam.

Utrumque genus Plauti exemplorum Schmidtius d
commentariis in fabulas Plautinas manasse; quae *sen*
utrum stare possit necne infra sponte apparebit; in ap
errorem incidisse mihi videtur vir doctus, cum *conten*
(l. l. p. 35) ampliorem commentarium duodeviginti ta
fabulas esse complexum. Concedendum quidem est e M
laria in eo commentario omnino nulla, e Mercatore pri
exempla non exstare, exstat autem exemplum primari
Vidularia depromptum p. 476, 23, quod locum inter *Bacc*
et Casinam obtinet. Propter hanc collocationem exem
hoc eis, quae extra ordines posita sint, cum Schmidtio (p
adnumerare non par est, quia ordines Plauti fabularum,
exhibent et rescriptus liber Ambrosianus et glossarium I
tinum (cf. Ritschl op. II. p. 238) docent Vidulariam
semper sicut in codicibus Palatinis ultimam fabulam fu
Posita enim est in A. inter Truculentum et *Poenulum*
glossario inter Poenulum et Rudentem. Huc accedit,
duo exempla subsiciva e Vidularia excitata invenimus,
cum nullo alio testimonio interiecto cum primariis exen
proferantur, ex eodem fonte atque illa fluxisse nemo inf
ibit; exstant p. 123, 33 et 468, 31. Itaque *non est*,
Vidulariam in commentario maiore esse tractatam neger
videtur autem inter Bacchides et Casinam locum *habu*
cui sententiae favet, quod fabularum ordo, qui fuit h

commentarii, cum nullo ex eis, qui quidem nobis noti sint, ordinibus congruat, quamquam cum A. in eo coit, quod Bacchides nondum ut in P. Epidico postpositae sunt. Excipiunt enim sese fabulae in commentario sic: Amphitruo, Asinaria, Aulularia, Bacchides, Vidularia, Casina, Cistellaria, Captivi, Curculio, Epidicus, Miles, Menaechmi, Persa, Pseudolus, Poenulus, Rudens, Stichus, Trinummus, Truculentus. Exempla e Mostellaria sumpta in commentario omnino desunt, e Mercatore duo exempla subsiciva p. 421, 24 et 533, 31 proferuntur, sed cum non arte copulentur cum primariis exemplis sed utroque loco aliorum scriptorum testimonia intermittantur, licet, num revera ex commentario manaverint ideoque hanc rem in praesenti sub iudice relinquo (cf. infra p. 4).

Ceterum de exemplis subsicivis certum iudicium vix ferri potest; Schmidtius (l. l. p. 38) non sine probabilitate „pro certo", inquit, „habere licebit, partem eorum non adeo parvam ex eodem commentario haustam esse, id quod in ea potissimum cadet, quae ex ipsis fabulis Plautinis adferuntur, ni forte illa quoque eidem commentatori tribuenda sunt, quae e poetis scaenicis persaepe adsciscuntur." Pag. 39 fin. autem concedit nonnulla exempla aliunde petita et ab Nonio ipso addita esse posse. In tractandis commentariis talia exempla subsiciva qualia sunt duo Mercatoris a reliquis non segregavi, praesertim cum perpauca ex eis scripturam, quae ad peculiarem fontem referri possit, praebeant.

Iam ad ipsos commentarios diligentius animum attendenti mihi videtur Schmidtius parum bene maioris commentarii ambitum intellexisse, cum non omnes ordines vel exempla, quae ordinis instar exstant, perspexisset. Etenim primum quidem nemo non offendit in eo, quod contendit (p. 18) in lib. III. litteris B. E. G. H. I. M. N. O. R. V. exemplorum series omnino non inveniri; vix autem cogitari potest, Nonium in his libri partibus aliis rationibus usum esse atque in reliquis, et cum ne in ceteris quidem tertii libri litteris Schmidtius omnes ordines probe agnovisse mihi videatur, exscribam lemmata, quae ego ultra ea, quae ipse invenit Schmidtius, ad maiorem commentarium refero.

Sub littera A. Schmidtius dicit lemmata 8—13 (i. e. *artus* — *aetas*) ordinem esse Vergilianum; cum vero luce clarius sit, Nonium propter ea exempla, quae inusitatum verborum genus praebeant, lemmata posuisse, non Vergilii testimonia, quamquam primo loco exstant, exempla primaria esse possunt, sed est omisso lemmate octavo, quod cum Menaechmorum exemplum cum litterarum ordine pugnet, lemmatis extra ordinem positis adnumerandum est, series Plautina sic procedens:

lem. 9. (angues)
Vergl. Aen. II
„ lib. V.
Naev. Lycurg.
Lucil. lib. 26
Plaut. Amph. 1108
Varro
„ 10. (Acherontem.)
Verg. lib. VI.
Plaut. Capt. 999.
„ 11. (amnem.)
Verg. Georg. I.
Plaut. Merc. 859.
Naev. Lycurgo
Attius Epinaus.
id. Epigon.
Varro Peripl. I.
lem. 12. (araneae)
Titin. Gemina
Verg. Georg. IV.
Ennius.
Plaut. Stich. 348.
id. Asin. 425.
„ 13. (aetas.)
Plaut. Men. 756.
„ *Trin. 1090.*

Tum secuntur omissis exemplis subsicivis: lem. 14: *Lucret. lib. IV.* l. 15. Naev. Lycurgo. l. 16. *Attius Eurys.* l. 17. *Varro Tithono.* l. 18. 19. *Tulliana.* Cum in hoc ordine unum quoque exemplum primarium e Mercatore sumptum (l. 11) deprehendamus, nondum dubitare licet, quin ea quoque fabula a commentario non alinea fuerit, et casu factum esse opinor, ut solius Mostellariae nullus locus ex eo afferretur.

Sub littera C. illi ordini, quem constituit Schmidtius a lemmate 31 usque ad l. 33 adsciscendum videtur

lemma 27 *cursura:*
Verg. Aen. I.
Plaut. Asin. 326.
id. Cist.

ita ut lemmata 28—30 ordini Plautino, ut fit saepissime, sint inculcata.

In D. litterae lemmate primo exemplum e Milite (v. 397) ımptum ordinis instar exstat; idem cadit in lemmata, quae btinent primum locum sub litteris G. M.[1]) O (= Mil. 835. Aul. 304); Trin. 332. (Amph. 1); Asin. 65.).

Sub littera V sunt ordines hi:

ɜm. 1. (uterus)
Plaut. Aul. 691
Turpil. Philop.
Afran. Vopisco

„ 2. (venatus)
Verg. Aen. IX
et Georg. (?)
Plaut. Mil. 990.

„ 3. (vultus)
Verg. lib. V.
Lucret. IV.
Ennius

„ 4. (vulgus)
Lucil. sat. l. 14
Sisenna hist. III.
Attius Eurys.
id. Epigon.
Varro Cycno
id. ὄνος λύρας

„ 5. (usus)
Cic. de orat. I.
Plaut. Amph. 108.
Attius Oenom.
Varro **Ταφ. Μεν.**

lem. 6. (vectis)
Lucil. sat. l. IV.
Vergil.

„ 7. (vepres)
Vergil. Aen. VIII.
Pompon. Porc.
Lucret. lib. IV.

„ 8. (vadum)
Verg. Aen. I.
Sallust. hist. I.

„ 9. (vespera)
Atta?
Plaut. Amph. 253
Verg. Georg. III.
Terent. Heaut.

„ 10. (utres)
Livius Andron.

„ 11. (vigiliae)
Varro Endym.

„ 12. (victus)
M. Tull. de fin. V.

---

[1]) Cetera exempla primaria sub littera M sunt haec:
lem. 2: *Attius Bacchis*
„ 3: *Lucil sat. l. 25*
„ 4: *Varro Papio pap.*
„ 5: Lucil. lib. 27
„ 6: *M. Tull. in Verr. II*
lem. 7: Ennius
„ 8: *Varro Sexagesi.*
„ 9: *Gell. IV. 1. 3*, (= Lucil. lib. XVII)
„ 10: Laber. Carcere

Ordo laeditur exemplo Luciano (lem. 5.) quod aut interiectis exemplis adnumerandum aut casu a Nonio Tulliano exemplo (l. 6. ubi *quam mendam* legisse videtur) antepositum est.

Duo illa exempla in lemmate primo et altero ad maiorem commentarum spectant, locus Amphitruonis in l. 5. testimonio Attiano agglutinatus est; alterum Amphitruonis exemplum in lem. 9. propter collocationem inter testimonia e Sallustio et e Varrone petita ad minorem commentarium refero. Sub litteris E. H. I. L. N. exempla Plautina non exstant, litterae B et R minoris ambitus sunt, quam ut certi ordines cognoscantur; reliquos libri tertii ordines Plautinos Schmidtius bene constituisse mihi videtur.

E libro secundo ad maiorem commentarium ultra Schmidtii ordines meo iudicio pertinent: Truc. v. 854 (p. 80. 25) et Capt. 569 (p. 184. 4) cum praecedant Lucretii ordinibus, Merc. v. 205 (p. 115. 30) cum sequatur ordo Attianus, Amph. 444 et Pers. 122 cum pro ordine accipienda sunt lemmata haec: p. 179. 16 sqq.

lem. 14. (tonsus)
Plaut. Amph. 440
Attius Amph.

„ 15. (tuburcinari)
Titin. Prael.
Plaut. Pers. 122
Turpil. Boeth.

„ 16. (tabificabile)
Attius Medea
Cic. Tuscul. III.

lem. 17. (tuatim)
Plaut. Amph. 554

„ 18. (taetritudo)
Attius Philoct.

„ 19. (temnere)
Lucil. lib. XXX
Verg. Aen. VI.

Nullos fere ordines Schmidtius adnotat e libro nono, qui inscribitur *de numeris (generibus: libri) et casibus.* Iam vero cum propter ipsam huius libri naturam et indolem pateat tales ordines, quales sint in ceteris libris, locum habere non posse, Nonio in hoc libro componendo ea via ingredienda erat ut omnia, quae ad eandem rem pertinerent, exempla uni lemmati supponeret. Nam si exempla quae sub uno lemmate exstant diligentius examinaveris, apparebit ea sese eadem serie excipere atque singulorum scriptorum ordines in ceteris libris.

1. Sisenna hist. IV.
Titinius Veliterna.[2])
id. in Gemina.
Plautus Pers. 391.
Lucret. lib. VI.
Terent. Hecyr. prol.
Attius Eurysace.
id. Epinausim.
Novius [Eurys.]
Turpilius. Epicl.
Pacuv. Atalanta.
id. Periboea.
Varro Papiapap.
id. de vit. P. R. IV.
⟨Lucil. lib. XXVIII.⟩
Sallust hist. lib. VI.
Afran. Vopisco
M. Tull. de off.
2. *Plaut. Amph. 257.*
Terent Eun.
3. *Titin. Psaltria.*
Plaut. Aul. 245.
Lucil. sat lib. VII.
Turpil. Leucadia.
Licil. lib. XXVIII.
idem.
Plaut. Aul. 379.
Terent. Phorm.
Afran. Compit.
id. Simul.
id. Emancip.
Pacuv. Hermiona.
Atta Gratul.
Varro Sard. ven.
Attius Alphesiboea.
4. *Titin. Gemina.*
Plaut. Men. 223.
id. Trin. 1.
Lucil. sat. l. I.
id. sat. lib. V.
Turpil. Epicl.
id. Paedio
Pacuv. Dulor.
5. Turpil. Demetr.
M. Tul. de rep.
Varro Cycno.
id. Prometh.
Sallust. hist. II.
Afran. Vopisco.
id. Fratriis.
Lucil. lib. XXVI.
6. *Plaut. Trin. 1153.*
Cic. Tusc. VI.
Plaut. Amph. 187.
Pompon. Pappo.
Attius Erigona.
Lucil. sat. VI.
id. sat. VI.
id. sat. IX.
Pacuv. Periboea.
7. *M. Tull. de rep. III.*
Afran. Excepto
Varro de vit. P. R. II.
**Plaut. Capt. ?*
Sallust. Jug. 25.
id. in eod. 90.

---

[2]) Titini loci, qui curvis typis expressi sunt, pro ordinibus positi videntur esse, nam saepius occurrunt semper exemplis Plautinis praecedentes, quam ut de casu cogitari possit; cf. lem. 1. 3. 4. 8. alibi.

M. Tull. de off. I.
id. " "
Verg. Aen. I.
M. Tull. in Hort.
Varro Eumen.
Plaut. Epid. 138.
Plaut. Mil. 1079.
8. *Titin. Barbato.*
Plaut. Truc. 137.
Attius Meleag.
M. Tull. de rep. IV.
Sall. Catil. 56.
Lucil. lib. 26.
Terent. Adelph.
id. in Andria.
Varro de vit. P. R. IV.
9. *M. Tull. de off. II.*
Verg. Bucol. VII.
**Plaut. Cistell.*
id. Menaech. 47.
Attius Eurys.
id. Epinaus.
id. Atham.
id. Nyctegres.
Turpil. Paedio
M. Tull. de off. IV.
Varro Devict.
Attius Menalippo
Novius Paedio
10. *Plaut. Pseud. 183.*
Lucil. sat. I.
id sat. VI.
Turpil. Paedio.
Verg. Georg. II.
11. *Pompon.*
12. Novius Agricola.
Plaut. Aul. 266.
Cic. Tusc. I.
Varro de r. r. I.
13. *Attius Neoptol.*
Turpil. Paedio
Verg. Aen. I.
Plaut. Asin. 77.
id. Pseudul. 5
Cic. de orat.
Varro de vit. P. R.
14. Turpil. Epiclero
Terent. Phorm.
Pacuv. Periboea
15. Lucilius.
Verg. lib. VI.
16. *M. Tull. de rep. VI.*
17. *Verg. lib. V.*
18. *Attius Myrmid.*
Sallust. hist. III.
Verg. Aen. VIII.
19. *Lucil. lib. 26.*
Afran. Vopisco.
Caecil. Plocio.
Plaut. Amph. 257.
Verg. Aen. III.
Cic. de orat. III.
20. *Sisenna hist. III.*
Varro de r. r. I.
id. Cato vel de liber. ed.
21. *Sisenna hist. III.*
id. . . . . .
Verg. lib. X.

Ad maiorem commentarium refero Pers. 391. Amph. 257. Aul. 245. 379. Men. 233. Trin. 1. 1153. Capt.? Truc. 137. Cist. fragm. Men. prot. 47. Pseud. 183; ad minorem Aul.

266, quippe quem versum exemplum Tullianum et Varronianum sequatur, Asin. 77 atque Pseud. 5, qui exstant inter Vergilium et Ciceronem (de oratore), Amph. 259 cum hic versus exemplo Lucilii (vel Afranii) et Ciceronis inclusus sit; incertae originis sunt Amph. 187. Epid. 138. Mil. 1079. Invertitur ordo eis locis, quos asterisco signavi (lem. 7 et 9); qua in re non est cur haereas; nam eam licentiam Nonium sibi indulsisse, Schmidtio quoque saepenumero statuendum est. (cf. lib. VI in quo nulla series suo loco occurrit).

Praeter exempla, quae propter collocationem ad alterutrum commentarium referre licet, etiam duo Plauti testimoniorum genera apud Nonium exstant, quorum alterum continet exempla, quae sunt subsiciva intra aliorum scriptorum series excitata; alterum est eorum, quae extra ordines posita sive aliorum ordinum lemmatis interiecta sunt. Hanc autem classem non tam late, quam voluit Schmidtius, patere puto, cum non pauca illorum testimoniorum ad certum fontem revocari posse mihi videantur. Neminem enim fugere potest, etiamsi Nonium modo obiter tetigerit, eius opus non uno et perpetuo tenore conscriptum esse; sed odines sunt quasi robur, quocum multa alia rudi manu postea coniuncta sunt. Interdum ipsis Plauti ordinibus alia Plautina testimonia intrusa sunt ut Epid. 545 ordini, qui exstat p. 123, 16 sqq., Cistellariae fragmentum et Men. 19 sq. ordini in p. 421, 11 sq.; Men. 89 adnexus est ad ordinem in p. 453, 23 sqq, quem non cum Schmidtio maiori sed minori commentario tribuo, quod reliqua exempla fere nulla (ut assolent testimonia minoris commentarii), Menaechmorum versus quinque habet exempla subsiciva et quia, si tamen ex illo cum sumptum esse statueremus, in libro sexto maioris commentarii duo essent ordines paene se excipientes, minoris nullus.

Longe plura autem additamenta in initio vel in fine librorum librorumve (II et. III) partium adiecta sunt, semperque cum ordo Plautinus, a quo exemplorum series incipere solent, non primum locum obtinet, suspicari licet, ea quae antecedant, postea esse praefixa. Jam vero consentaneum est Nonium, cum opus retractaret, non denuo certos longioresque

ordines addidisse, sed multo veri similius est eum passim eosdem fontes ita adhibuisse ut eodem modo atque in libro nono sub uno lemmate testimonia, quae postea invenerit secundum usitatum ordinem posuerit. Quam rem ita se habere vide ne comprobetur locis sequentibus, quos ad hunc usum demonstrandum elegi.

In libro primo iustus ordo Plautinus initium capit a lemmate quarto; antecedunt haec:

1 a. Caecil. Ephesione
1 b. *Plaut. Men. 756.*
Attius Amph.
Turpil. Philop.
Pacuv. Perib.
Afran. Vopisco.
M. Tull. de sen.
Vergil. lib. IX.
1 a. *Titin. Veliterna.*
Novius Gallin.
Attius Epinaus.
Pompon. Praec. post.

Lucil. sat. lib. XV.
Turpil. Demiurg.
Pacuv. Periboea.
2. *Plaut. Asin. 307.*
id. Men. 778.
Turpil. Lindia
Afran. Privigno.
Caecil. Pausim.
3. Verg. lib. IX; id. IX.
Titin. Barbat.
Plaut. Men. 467.
Varro Cosmot.

Primo lemmati *(senium)* alterum *(aetas)* inculcatum est; exempla Plautina omnia ad maiorem commentarium spectant, praesertim cum Men. 756 cum altero huius versus testimonio (p. 192, 18), quod modo ex libro III. ad maiorem commentarium rettulimus, communia habet vitia ideoque unum fontem redoleat. Cetera, quae ad nos pertinent, exempla sunt: e lib. X. lem 1—6.

1 a. Lucil sat. l. IX.
Attius Nyctegr.
Titin. Setin.
Attius Meleag.
Pompon. Agric.
Afran. Privigno.
b. *Afran. Epistol.*
Lucil. sat. l. IX.
Verg. Aen. IV.
**Lucret. lib. II.*

Naev. Lycurg.
Attius Teleph.
Varro Desultor.
2 a. Verg. Georg III.
Plaut. Pseud. 10.
Lucret. lib. II.
Attius Phinid.
Varro Cosmot
Sallust. hist. II.
Naev. Danae.

b. Ennius Telam.
id. Hecub.
Lucret. lib. V.
Varro Ἀνθρωπ.
id. Ἑκατόμβη
Afran. Suspecta.
c. Ennius Androm.
Afran. Fratr.
Plaut. Amph. 1102.
d. Titin. Psaltria.
e. *Pompon. Her. pet.*
3. *Pompon. Fullon.*

Attius Achill.
4. *Attius Aenead.*
id. Phinid.
Ennius Hect. lytr.
Pacuv. Dulor.
5. *Pacuv. Atal.*
**Attius Nyctegres.*
Pompon. Vernion.
Ennius Eumen.
6. *Lucret. lib. I.*
Attius Neoptol.
id. Atreo.

Initio libri VIII:
1. *M. Tull. de sen.*
2. Varro Prans. paras.
Plaut. Merc. 929.
Lucret. lib. VI.
Attius Oenom.
id. Meleagro.
Turpil. Trasyl.

Initio libri VII:
1. *Titinius*
2. *Plaut. Truc. 964.*
id. Men. 570.
Ennius Medea.
Pacuv. Chrys.
Attius Astyan.
id. Medea.

In fine libri VII.[2a]) desinunt ordines in lem. 104; secuntur haec:

lem. 111. (potior).
Terent. Adelph.
Lucret. lib. IX.
Naev. Lycurgo.
Attius Phoeniss.
Pacuv. Atal.

112. *Plaut. Cist. IV. 2. 40*
id. Capt. 164.
Lucret. lib. II.
Turpil.
113. *Pompon. Pict.*
Afran. Epistol.

Exempla Plautina, quae in his ordinibus insunt, ad maiorem commentarium refero praeter Amph. 1102 (p. 504. 19) qui versus, cum ei Afrani testimonium praecedat, e minore esse sumptus videtur.

Cum exempla apud Nonium non solum secundum fabularum verum etiam versuum ordinem, qualis in fabulis est, se

---

[2a]) In eodem lib. VII lemma 100 (p. 480. 20) i. e. Amph. 238 cum praecedat ordini Varroniano ad minorem commentarium refero.

excipiant, inde etiam cognosci potest, num Nonii auctor eodem ac nostri libri ordine usus sit, simulque licet exempla, quibus series proba pessime invertatur, a commentariis abrogare velut in illis ordinibus, qui exstant p. 539, 10 sqq. et 548, 7 sqq. sic a Schmidtio (p. 33 sq.) descripti:

lem. 13. (regilla)
Plaut. Epid. 223.
Varro Papiapap.
14. *Plaut. Epid. 230.*
15. *Plaut. Epid. 232.*
Seren. opusc. I.
Novius Paedio.
Lucil. sat. lib. II.
Turpil. Veliterna.
Varro Prometh.
16. *Plaut. Epid. 230.*
17. *Plaut. Epid. 231.*
18. „ „ *231.*
Naev. Lycurgo.
19. *Plaut. Epid. 232.*
Novius Paedio.
Afran. Epistola.
Varro Eumenid.
20. *Plaut. Epid. 232.*
21. „ „ *233.*
22. Novius Paedio.

Alter ordo, qui est in libro XVI. (p. 548 7 sqq.) sic a Schmidtis constitutus est:

lem. 1. (cumatilis)
Titin. Setina.
Plaud. Epid. 233.
2. Caecil. Pausim.
Plaut. Aul. frgm.
3. *Plaut. Epid. 224.*
4. Verg. Bucol.
Plaut. Epid. 231.
Novius Paedio.
Naevius Lycurgo.
Varro de vit. P. R. I.
5. *Plaut. Epid. 233.*
6. Verg. Georg. IV.
Plaut. Mil. 1179.

Laeditur ordo in priore serie inde a lemmate 16 usque ad l. 19, in altera lemmate primo quod — ut ab eo proficiscar — omnino excludendum videtur esse, recipiendum autem fragmentum Aulularlae (l. 2.) ut ordo omissis exemplis subsicivis evadat hic: l. 2: *Aulul. fragm.*; l. 3: *Epid. 224*, l. 4: *Epid. 231*; l. 5: *Epid. 233*; l. 6: *Mil. 1179.* Iam cum in lemmate 17 et 18 Epid. vers. 231 bis male *indusiata, patagiata* scribatur, haec duo testimonia unum fontem redolent, non autem ad maiorem commentarium redire possunt, cum ex eo in alterius ordinis lemmate 4. bene proferatur idem versus *indusiatam (illusiatam:* libri) *patagiatam.* Cum hoc lemmate quarto, quod sine dubio e commentario fluxit, unam originem

ducere alterius ordinis lemma 15 (Epid. 232) casu ex eo quoque cognoscitur, quod utrique loco idem versus Novii (v. 71 Ribb.) adnectitur. Sub hoc lemmate (15) versus Epidici (232) sic exhibetur: *rica*⟨m⟩ *basilicum aut exoticum*, nec aliter *basilicum aut èxoticum* sub lemmate 20 scribitur; cum vero sub l. 19 exstet: . . . *ritam vasilicam aut exoticum* hoc quoque exemplum ab commentario abiudicandum est. Itaque mea quidem sententia prior ordo sic procedit:

l. 13. Epid 223
„ 14. „ 230
„ 15. „ 232
„ [16. „ 230
„ 17. „ 231
„ 18. „ 231
„ 19. „ 232]
„ 20. „ 232
„ 21. „ 233

Lemmata quae uncis saepsi alibi petita Plautique versus sub iis excitati testimoniis ab ordimibus absonis adnumerandi sunt. Scrupulum relinquere possunt sola verba Epid. 233, quae sub l. 21 *cumatile aut plumatile,* sub. l. 5 prioris ordinis permutata collocatione *plumatile aut cumatile* adferuntur: sed haec verborum inversio Nonii neglegentiae tribunda erit.

Porro e discrepanti versuum ordine apud Nonium lacunae et cognosci et expleri possunt, veluti Buechelerus (apud Schmidtium p. 10) scite coniecit Non. p. 6. 12 sub lemmate *illicere* excidisse Bacch. 1151, cum huic lemmati exemplo Plautino carenti praecedat Bacch. 792; eadem ratione usus Schmidtius Non. 9. 21 quondam exstitissse Mil. 664 opinatus est.

Aliud genus lacunarum aperuit idem Buechelerus (mus. rhen. 15. 440) cum videret Non. 98. 25 ante Casinae versum 687, qui sub nomine Mercatoris proferatur, Merc. 862 excidisse; quo in versu simul apparet ex lemmate (diu) Nonium non *dius* sed *diu* legisse. Ceteri loci, quibus Nonius testimonia Plautina sub falso titulo affert, sunt hi: p. 144. 22 Aulularia pro Asinaria (v. 550); p. 169. 8 Aulularia pro Nervolaria (cf. Ritschelii parerg. p. 178 599); p. 361. 29 Cistellaria pro Mostellaria (v. 225). Mendi causam in simili nominum terminatione positam esse, vix est quod moneam; dubium est, num idem error statuendus sit p. 332. 31, quod testimonium, cum in Aulularia non inveniatur, viri docti Vidu-

lariae tribuere solent, sed ab eius fabulae argumento lenonis personam cuius mentio fit, non minus esse alienam quam ab Aulularia Studemundus (ind. schol. Gryph. hib. 1870/71) confirmat. — Propter initii nominum similitudinem p. 365. 17. *Asina*riae datus esse videtur *Casina*e versus, quem ex Ambrosiano extricavit Studemundus (index schol. Gryph. a. 1871/72 p. 15).

Neque vero idem cadere potest in Merc. 397, qui versus bis (p. 271. 29 et 420. 8) sub Lucili nomine adfertur; qua ex re Ritschelius collegit Lucilium huius versus mentionem fecisse; cf. quae infra disserui de hoc loco. Prorsus aliter res se habet Non. p. 254. 23, quo loco Nonius *Plautus in Milite* scribens, Epidici v. 432 profert. Iam cum quassandi verbum, quod in lemmate exstat bis in Milite legatur (v. 852. et v. 856), alteruter versus apud Nonium esse praetermissus mihi videtur. Quod libri utroque loco *cassabant* per c litteram praebent cf. Lorenzium ad h. l. qui praeter alios locos promit Bacch. 305, ad quem versum vid. Ritschel. et Serv. in Verg. Georg. I. 74. Minus placet Turnebi (advers. II. 29) sententia.

Iam ut ad ipsam, quam sum instituturus quaestionem propius accedam, non meum esse putavi omnes eas discrepantias quae merae apertaeque corruptelae debeantur, repetere. Ad litteram exscripsi modo eos versus, quos aliam recensionem apud Nonium aliam in libris prae se ferre arbitratus sum, ceteris menda cancellis inclusa addidi.

Ad singula testimonia cum fructu pertractanda opus esse percaut oiudicio consentaneum est. Namque ut recensio Ambrosiana (A.) non est vetustior Palatina (P.) sed modo textus formam multis vitiis corruptelisque, quae codd. Pall. temporum iniquitate perpessi sunt, liberiorem praebet, (cf. Ritsch. opusc. III. p. 791; Bergk. Beitr. p. 123; B. Baier de Plauti fabularum recensionibus Ambrosiana et Palatina. Breslau 1885) ita per se non patet Nonii fontes fuisse antiquiores quam archetypum Palatinorum. Itaque cum propter alias levidenses discrepantias tum ob verborum collocationem a codicum memoria alienam, testimonium quoddam Nonii ad peculiarem

fontem referri non par esse sine mora concedes, si paullo diligentius in eas tot traiectiones, quibus libri Palatini inter se discrepant, animum attenderis. Quam ob rem, ut hanc observationem ad certam normam criticam revocem, nunquam fere oportet ex inverso verborum ordine propriae recensionis vestigium statuere si tantum alterius codicum classis scripturas in comparationem vocare licet, dificile est indicium si omnes codices inter se conspirant, Nonius autem quodam modo variat, paullo firmius si codicibus variantibus Nonius cum alterutra classe congruit velut Truc. v. 268.

Idem quod de mutato verborum ordine dixi, cadit plerumque in lacunas, quas si seu apud Nonium seu in libris certissima emendatione fieri potuit, his uncinis ⟨ ⟩ usus explevi; his autem [ ] aliquid exstirpandum esse indicare volui.

Editionibus usus sum Casinae a Gepperto, Captivorum ab Ussingio, Cistellariae Rudentisque a Pareo, reliquarum fabularum a Ritschelio eiusque discipulis factis et apparatu critico instructis. Num nonnulli locorum, quos Nonius ex Rudente et Cistellaria deprompsit in A. legantur (praeter Non. p. 190. 9) nescio. Numeros secundum eosdem, quos nominavi editores exscripsi, nisi quod Captivorum ac Rudentis numeri sunt Fleckeiseni.

Nonii editionem adhibui necessitate parens Rothii-Gerlachiique cum Quicherati incuriae atque libidini me committere nollem. In rebus dubiis secutus sum quoad pro condicione adnotationis criticae fieri potuit auctoritatem codicis Leidensis, quem optimum Nonii librorum mss. esse confirmat L. Muellerus (in praef. ad Lucil. rell. p. XXXIV).

Haec volebam eum, qui quae secuntur legeret, non ignorare.

Caput II.

De commentario minore.

I. Ea exempla quae a codicum memoria ita cedunt, ut ad peculiarem fontem sint revoca tractantur.

1. Amph. 678. P(alatini libri): *Quamque adeo (abeo:* l *cives Thebani vero rumificant probam.*

Non. 167. 2: *Quamque adeo (quamquam ideo:* l *civis Thebani vero rumiferant probam.*

Et *rumificant* et *rumiferant* intellegendi cum faciat testatem, difficile est ad diiudicandum, utrum Plautus sc serit. Editores plerique Nonii scripturam, utpote quae exquisitior, receperunt. Cf. Pers. 515 sq. *lucrifica:* P; *lu fera:* A.[2b]).

2. Aul. 525. P.: *Ubi nugigerulis res soluta est omni*

Non. 144. 32.: *Ubi nugivendis res soluta est omni*

Nugigerulus Isidoro teste (Orig. X. 93) „appellatus al quod sit turpis nuntius" (melius nos vertere possumus „Wi beutel"); „nugivendus", ut ait Nonius, „Plautus dici vo omnes eos, qui aliquid mulieribus vendant; nam omnia qui matronae utuntur nugas voluit appellare". Iterum quid Plau ipse scripserit cum et utraque vox defendi possit nec a apud bonos scriptores legatur cum quadam probabilitate cerni nequit. cf. Loewii Prodrom. 260.

3) Aul. 510. P.: *Flammarii, violarii, carinarii.*

Non. 541. 32.: *Flammarii, v⟨i⟩olarii, cariari⟨i⟩.*

idem p. 549. 28.: *Flammari ⟨i⟩ violari⟨i⟩, cariari⟨i⟩.*

Nonium non *carinarii* ut libri exhibent, sed *cariarii* (q mutat Brixius in *cararii)* legisse ob duorum testimonior consensum verisimile est; sed propter vocis obscuritatem l discrepantia non multum lucramur (cf. Wagner de Au

2b) cf. Geppert. Stud. II, 82.

p. 21 coll. Brix. nov. ann. phil. 91 p. 56 et Brandt. nov. ann. phil. 117 p. 385). Summi autem momenti est locus, quem in lemmatum ordine hoc exemplum obtinet. Praecedit enim p. 541. 32 huic versui 510 Aul. 519 ac, ne hoc fortuito accidisse putes, sequitur idem versus 510 p. 549. 28 exemplum ex Aul. v. 521 petitum. Quare probatur Nonii auctorem versum 510 post v. 521 legisse, nec, quoniam v. 521 *infectores crocotarii* nominantur atque etiam verba omnia quae v. 510 enumerantur infectores significare videntur, versum 510 post v. 521 optime poni posse quisquam negabit.

4) Amph. 253 P.: *Haec illic est pugnata pugna usque a mane ad vesperum.*

Non. 231. 24.: *Haec illic (illis:* libri) *est pugnata pugna usque a mani ad vesperum.*

Aut fallor aut *mani* a P. omino abest; omnibus enim, quos inveni locis exstat forma in „e" desinens (cf. Epid. 273. 314. Most 534. 767. Men. 1157. Mil. 503. Poen. 650. Pers. 113. Truc. 645.) Codex rescriptus *mani* exhibet Poen. 650 et fortasse Most. 767, e quo loco eam formam Servius quoque (in Aen. V. 19) adfert. Qui rec. Pal. ad criticam rationem correxit, *mani* aut non novisse aut ferre noluisse videtur. cf. Sisennam ap. Charis. 203. 17. K; Donat. in Ter. Phorm. I. 1. 2.

5. Aul. 268. P: *Ubi tu es quae deblattavisti iam vicinis omnibus.*

Non. 44. 14: *Ubi tu es quae deblaterasti iam vicinis omnibus.*

6. Amph. 626. P: *Qui, malum, intellegere quisquam potis est? Ita nugas blattis.*

Non. 44. 8 non aliter nisi *blatis.*

Blatire et *deblaterare*, quae ab eadem stirpe orginem ducunt, simplici „t" scribi oportet cf. Corssen. II^2 p. 384 sq. Cum vero praeter duos hos locos verbum *blatire (deblaterare* apud Plautum alibi non exstat) etiam Curc. 452 duplici „t" scriptum videamus, haec mutatio consulto facta videtur esse; quae opinio non prorsus eo refringi potest, quod Eipid. 334 Veteris scriptura est *latis (latras)* pro *blatis*, nam ex corruptela certi quidquam colligi, non par est.

7. Amph. 1102 P: *Postquam peperit pueros lavare iussit nos: occepimus.*

Non. 504. 19: *Postquam peperit pueros lavere iussit nos (ut hos:* libri): *accedimus.*

Ut apud Nonium ex antecedentis verbi *iussit* exitu natum videtur. Minus propter formam *lavere,*[2c]) quae cum versus poscat etiam in P fuisse debet (cf. Pseud. 10), quam ob scripturam *accedimus*, cuius versus ac sententia sit patiens, hunc Nonii locum ex peculiari recensione repetendum ess eputavi.

8. Aul. 445 sq. P:

Ita me bene amet Laverna te iam nisi red⟨d⟩*i.*
Mihi vasa iubes populo hic differam ante aedis.

Non. 152. 4:

Ita me bene amet Laverna te iam nisi reddi.
Mihi vasa iubes pipulo te hic differam ante aedis.

Est locus difficillimus et ab editoribus multifariis modis vexatus. Quod numeri et in libris et apud Nonium claudicant, non impedit, quominus exemplum ad fontem a P diversam revocemus cum sine dubio iam nemo grammaticus hoc metrum a Reizio detectum intellexerit. Causa cur locum a P alienum esse existimem, sita est in duplici „te" quod praebet Nonius. In versu secundo illud *te* etiam Varronis (de l. l. VII. 103.) et altero Nonii testimonio p. 284. 25 ita firmatur, ut de eo dubitare non liceat. Palatinorum διορϑωτὴς pronomen delevisse videtur quod esset supervacaneum vel languidum, quam sententiam nuper amplexus est Ussingius. Goetzius *te* in versu priore inducto metri causa *uti iamiam* coniecit. Neutrum mihi probatur: nam *ut* ad sententiam non opus est, sed persaepe a Plauto in hac iurisiurandi formula omittitur (cf. Bacch. 520. Stich. 685, 754. Pers. 639. Most. 170, (at cf. v. 182) 520. (at cf. Merc. 762.) Mil. 1403. Poen. 504, 827, 1326. Trin. 447, 1024 al.) et quoniam ne abundantia quidem pronominis personalis quidquam habet offensionis, (cf. Most. 15. 201. Amph. 534. Aul. 550 ubi Goetzius: *modo* pro *mihi.* — cf. Seyffert. Philol. 25. 443) vide ne Plautus sic sripserit:

[2c]) cf. Seuffert. stud. Plaut. p. 6.

Ita me bene amet Laverna te iam⟨iam⟩ nisi reddi
Mihi vasa iubes hic pipulo te differam ante aedis

vel *te pipulo hic differam ante aedis* cum hiatu in ablativi exitu legitimo. Corruptela quae est *populo* pro *pipulo* etiam Mil. 584 invenitur. — Ceterum cf. Brix. nov. ann. pil. 91. 57; Studemund. de cant. p. 32 et Festgruss p. 53. Hermann. Elem. p. 455. Spengel. Reformvorschlaege p. 341.

9. Asin. 76 P: *Et id ego percupio obsequi gnato meo.*
Non. 454. 4: *Ego sane cupio obsequi gnato meo.*

Quamquam Nonianam scripturam reposito verbo *percupio* in versum quadrare vidit Lambinus, tamen simplex retinebit, qui hiatum in caesura senarii solemnem esse putat; nam vis augendi praepositioni insita compénsatur addito *sane;* nec vero minus sententiae satisfacere puto asyndeton, quo versus ad sequentia refertur atque efficitur, ut benignitas patris matris parsimoniae accuratius opponatur.

10. Asin. 937 P: *Male cubandum est, iudicatum me uxor adducit domum.*
Non. 128. 27: *Male cubandum est, iudicatum me*⟨d⟩ *uxor ducit domum.*

In voce *adducit* cum iure haererent editores, lenissima cum mutatione Dousa auctore *abducit* scripserunt; etiam sufficit et sententiae et recepto *med* versui verbum simplex, quod tradit Nonius, quamquam praestat Dousae ratio qua accentus elegantiae consulitur.

11. Asin. 196 sq. P:

Ubi illaec quae dedi ante? # Abusa:nam si ea durarent mihi,
Mulier mitteretur ad te; numquam quicquam poscerem.

Non. 76. 26:

Ubi illa⟨ec⟩ *quae dedi ante? # Abusa:nam si (nimis:* libri*) ea durarent mihi.*
Mulier mitteretur ad te, nec te quicquam poscerem *(pascerem:* libri)

Procul dubio P genuinum versum 197 servavit; cum enim Nonii scriptura asyndeto deleto *(nec te)* oratio perpoliatur, id grammatici cuiusdam opera factum esse apparet. Ean-

dem fabricam redolent Asin. v. 515 sq. sicut apud Nonium habentur:

12. Asin. v. 515 sq. P:

Et meam partem loquendi et tuam trado tibi:
Ad loquendum atque ad tacendum tute habeas portisculum.

Non. 151. 22.:

Et meam partem loquendi et tu⟨a⟩*m trado (tardo:* libri*) tibi:*
Ad loquendum atque ad tacendum tu ut habes portisculum!

Nonii scriptura *tu ut habes* ita, ut sit exclamantis intellegi potest; sed praestat secundum librorum memoriam *habeas* corrigere atque statuere in P rursus ex consuetudine sermonis familiaris duo enuntiata ἀσυνδέτως adnexa, apud Nonium inserto *ut* ὑποτακτικῶς coniuncta esse.[2c)]

13. Amph. 209 sq. P. et Donat in Ter. Eun. I. 1. 1:

. . . . *sin aliter sient animati neque dent quae petat*
Sese igitur summa vi virisque eorum oppidum expugnassere.

Non. 128. 14:

. . . . *sin aliter sient (essent:* libri*) animati neque dent quae peta[n]t*
Sese igitur summa ⟨vi⟩ *virisque eorum oppugnatusse oppidum.*

Oppugnatusse, quam monstruosam formam ne Mercerus quidem corrigere ausus est, mera corruptela ex *oppugnatum ire* quod plerique codices Quicherati praebent, videtur esse, qua scriptura reposita versus evadit integerrimus. Goetzius Loewiusque Nonii cum librorum memoria ita confuderunt ut *oppidum oppugnassere* scriberent, quare primitivam Plauti scripturam restitutam esse mihi non persuaserunt. Cum enim nemo non exspectet, si sola ratio logica, ut ita dicam, respicitur, *oppugnandi* non *expugnandi* verbum, tamen non minus

---

2c) Eodem modo non nunquam A. et P. inter se discrepare observavit Baier (c. l. p. 10.) Merc. 488. Stich. 299. 594. Pseud. 153.

patet, aptissime servum comicum gloriose dicere posse, victorem suum erum hostium oppidum non *oppugnaturum esse* sed statim *expugnaturum*, nisi imperata facerent. Itaque eo adducor, ut *expugnassere* Plautum voluisse existimen, oppugnandi verbum ab arguto quodam critico difficultatis aliquid sentiente scriptum simulque, ut versus staret, verborum ordinem esse permutatum.

14. Asin. 550 P: *Nervos catenas carceres (-ris:* libri*) numellas pedicas boias.*

Non. 144, 27: *Nervos catenas carcerem numellas pedicas boias.*

Easdem fere argutias quas in antecedenti exemplo intelleximus, hoc loco deprehendimus. Pro *carceres* scriptum est *carcerem*, quia re vera, si accuratissime iudicare volumus, numerus plurativus locum habere nequit. Nihilosetius non assentior Ussingio singularem formam recipienti, sed inter mera pluralia *carceres* orationis concinnitate paene flagitatur nec quemquam offendere debet.

15. Aulul. 701. sq. P: *Picis divitiis, qui aureos montes colunt, Ego solus supero.*

Non. 152. 8: *Pici diviti⟨i⟩s, qui aureos montes colunt, Eos solus supero.*

Secundae declinationis primitivam nominativi pluralis formam, quae desinat in — *is,* a Plauti sermone non alienam esse, demonstravit Ritschelius (opusc. II. 646 sqq.) cuius sententiae adstipulatus est Buechelerus (decl. lat. p. 18). Atque cum inveniantur formae *Sardis* (Mil. 44), *hisce oculis* (Mil. 374), *fundis* (Men. 1158), Wagnerus suo iure hoc quoque loco librorum scripturam *picis* retinuit. Sed ea discrepantia non ad recensionem pertinet; alterius autem recensionis indicium in structurae diversitate sita est. Quominus attractionem nominativi ad sequens pronomen relativum intellegamus impedit interiecta vox *divitiis,* quocirca *picis* extra omnem structuram ponderose antepositum esse debet ut Mil. 140. Men. prol. 57 Epid. 166 cf. Kiessling. ad Pseud. 718 in mus. rhen. vol. 23 p. 423. Jam cum antepositum nomen, ut

duritia, quae inest in tali verborum collocatione, minuatu
sequenti enuntiato pronomine demonstrativo excipi solea
solus, quod praebet Nonius, vix e codicum scriptura corr
esse potest.

16. Aulul. 234 P: *Asini me mordicus scindant,*
incursent cornil

Non. 139. 31: *Asini me mordicibus scindant*
incursent cornib

Cum *mordicus* 'ĭ' litteram corripiat, Ritschelius (pı
CLI.) claudicantibus pedibus transpositis verbis *mordicu*
succurrit. Quod vitium tollitur apud Nonium forma ins
et iocose, ut videtur, ficta *mordicibus*, de qua Ritscl
(opusc. II. 248) „non dubito", inquit, „sane miram
memoriam ex argutuli sive critici sive grammatici art
repetere"; quem grammaticum eundem esse opinor, cuius m
et ingenium modo in antecedentibus exemplis deprehendi

17. Aul. 774 sq. P: . . . . . *neque partem tibi*
Ab eo cuiquam est inde posces neque furem ex⟨ci⟩

Non. 128 33: . . . . . . *nec partem tibi.*
Ab eo (adeo libri*) cui sit indipisces neque fı*
excipi

Cuiquam est in libris cum sit sensu cassum variis m
temptatum est. Sed quidquid fuit, non videtur idem e
tisse, quod praebet Nonius, cuius scripturam *cui sit* i. e.
cuius potestate tu ollam meam invenies" (vel „invener
quae aptam sententiam efficiat, iure Wagnerus incertae co
turae praetulit. (Mira protulerunt Ussingius et Muellerus
644.) *Indipisces* et *indeposces* (B.) — quod retinet Goet
— sunt inter se similiora quam ut inde certum quiddam co
possit, praesertim si cum Brixio (ad Trin. 224) proba
scripturam Festi (p. 106 M.) quae est *indepisci*; *expies* i
hoc loco nihili est.

18 Aul. 317. P: *Homo ad praetorem plorabundus deve*

Non. 509, 7: *Homo ad praetorem venit deplorabund*

Deplorabundus apud Nonium lemmate firmatur; al

verba in versus formam redegit Hermolaus transponens *deplorabundus venit* id quod probatur Loewio (gloss. nom. p. 28). Cum vero numeri quales exhibent libri multo leniores elegantioresque procedant quam Nonii, non dubito, quin Plauti codices veram scripturam servaverint.

II. Adferuntur ea testimonia, propter quae quamvis a P discedant, tamen si sola excitarentur minorem commentarium ad aliam recensionem referre non liceret.

a) Non sine ullo emendationis fructu Nonius adfert versus hos:

Amph. 710 (libri omittunt *ex me*) = Non. 44, 15. — Amph. 673 (libri: *occepto* pro *occepso*) = Non. 148, 6 qui hiatum in caesura etiam exhibet p. 233,10 et p. 410, 14.

Asin. 286 = Non. 112, 19: *sit* Gerlachio teste; libri Plautini male *siet* — Asin. 789 (libri: *nolo habere illam causam*) = Non. 45, 3 bene: *nolo illam habere causam*[3], male: *votitum* e lemmate) — Asin. 942: *[Grex] hic senex siquid clam uxorum suo animo fecit voluptatis.* = Non. 187, 5 pro glossemate *voluptatis* bene *volup* exibet; praestabit autem cum codicibus *suo animo* scribere quam cum Nonio *uxorem suam,* cum haec verba diaeresi male separentur.

Aul. 266 sq. = Non. 500, 30: *Credo ego illum inaudivisse mihi esse the⟨n⟩saurum domi — Id inhiat.* Libri: *inaudisse.* — Aul. 519 = Non. 541, 30 (P: *limbuarii* pro *limbolarii*[4] (*limborarii*: Pareus); Non.: *alcularii* pro *arcularii.*) — Aul. 537 = Non. 454, 15. (P: *di* vel cum glossemate ⟨e⟩*di audivi* (B¹) pro *edi.*) — Aul. 563: *Volo ego ex te scire qui sit agnus curio* = Non. 86, 2: *Volo scire ego ex te qui* (*quid:* Quich.) *sit agnus curio.* cf. Brix. nov. an. 91. p. 57.

---

[3]) Quicheratus hunc verborum ordinem testatur: *nolo illam causam habere.*

[4]) cf. Gloss. Philox.: Limbolarius: θυρσανοπράκτης.

— Aul. 667 sq. = Non. 45, 23 (P: *subluit* pro *sublevit*). — A
784 = Non. 105, 24 (om. *atque*).

b) Codicum memoria Nonio antecellit eis lo

Amph. 67 = Non. 99. 6 (*delegatores* pro *delegatos*) Amph. 257 = Non. 502. 13 (*ut ignoscamus* abnuente ve cf. p. 496. 8. — Amph. 357 sq. = Non. 171, 5 (*abiis* pro *bis*). — Amph. 529 = Non. 43, 18 (*habitu* pro *abitu*). Amph. 676 = Non. 439, 8 (*lectus* pro *laetus*). — Amph. = Non. 453, 25 (*est* pro *es*.)

Asin. 77 = Non. 501, 9 (P: *volo amori obsecut* Non.: *volo amari obsecutam*). Nonium eandem apparet leg formam versus corrupti, quem cum Fleckeiseno et Ritsch (opusc. II. 689.) ut vetustam interpolationem exstirpare p stabit quam cum Lachmanno (in Lucret. 304) per auda coniecturam sanare. — Asin. 119 sq. = Non. 454, 8 (prae alia vitia exhibet v. 120 glossema *versuto* post ⟨e⟩*i* *homini*.) — Asin. 248 = Non. 439, 18 (*summam* pro *sum* — Asin. 506 sq. = Non. 151, 15 (*pien* pro *piem* etiam lemmate unde in cod. W. *colam* quoque in contextum in sum est) cf. p. 375, 16. — Asin. 519 = Non. 85. 28 (*pu* *repulsavi* pro *pol si reposivi*). — Asin. 600 sq. = Non 118, (*sesperare* pro *sese parere*). — Asin. 660 = Non. 79, (*dolonum* pro *dominum*). — Asin. 784 = Non. 439, (*ulla ulli* pro *illa ulli*) cf. p. 438. 17. — Asin. 792 = N 151, 30 (P: *perplexibile* (at cf. Stich. 85: *perplexabiliter*) No *perpexabile* etiam in lemmate).

Aul. 18 = Non. 128. 30 (*impedio* etiam in lemmate *impendio*). — Aul. 215 = Non 454. 30 (P: *certe edepol*; No [*a*]*certo edepol*). Quamquam Plautus plerumque discrimen in *certe* et *certo* non servat (cf. Men. 282 et 373; Bacch. 5 et Epid. 540; Amph. 331 et Bacch. 1104) tamen sem *certe edepol* scripsisse videtur cf. Amph. 271. 399. 441. Me 444 (B. certo CD) Pseud. 511, quibuscum locis non pug Mil. 273 *certo edepol scio*, nam ibi *certo* cum *scio* artius co

landum est, qua in locutione Plautus constanter *certo* usurpat.[4a]) — Aul. 312 = Non. 151. 31. *(deserat* pro *dempserat*; voluit fortasse *demserat* sicut p. 396. 17 (= Aul. 640) cf. p. 273. 28 et Seyffert. Philol. 25, p. 442. qui sribit: *quin quom ipsi* de quo infra dicam. — Aul. 561 = Non 455. 4.

P: . . . . . *Quo quidem agno sat scio*
Magis curiosam nusquam esse ullam beluam.

Nunquam, quod exhibet Nonius, cum aegre feratur, in *nusquam* mutandum est. Sed pro *curiosam* Scaligero duce[4b]) contra codicum Noniique memoriam *curionem* scribi opus esse, cras credam. *Curiosus* enim ex Euclionis sententia iocosam significationem habere debet, quae est cura defessus maceratusque („kummervoll, kümmerlich"), quam vim huic voci Afranius quoque (v. 230 Ribb. = Non 21. 28) tribuit. Megadorus autem re male intellecta v. 563 „volo", inquit, „scire ego ex te, qui sit agnus curio," quasi sit *curiosus* derivatum a voce *curio* (cf. religio: religiosus). Tum demum Euclio v. 564 quo verba *curiosam beluam* explanantur, institutam ambiguitatem tollit, cum dicat:

Quia ossa ac pellis totust: ita cura macet.

Hunc versum adfert Non. 509, 11 *tenos* pro *totus est* exhibens et ommittens *cura*. — Aul. 625. (P: *semel* pro *semul* cf. Ritschel. prol. XCVII, sq.) = Non. 45. 19: *simul* et cum Plauti libris *grocchire* in lemmate, *grocire* p. 455. 8.

Pseud. 5 sq.[4c]) P: . . . . . . *libens*
Mei te rogandi et te repondendi mihi

Non. 501. 10: . . . . . . *lubens*
Me interrogandi et tui respondendi mihi

Quamvis *me*⟨i⟩ *interrogandi* intellegi possit, tamen propter laesam orationis concinnitatem minus arridet videturque per

---

[4a]) cf. Langen. Beitr. p. 22 sqq.

[4b]) vel potius auctoritate Paul. Fest. p. 60.

[4c]) Exempla subsiciva quae testimoniis primariis e minore commentario haustis adiecta sunt, e tribus illis fabulis quas ipse commentariolus complectitur sumpta sunt praeter hunc Pseudoli locum et Pers. 89. cf. p. 26.

corruptelam ex codicum scriptura natum esse. Alterum *te* quod exstat in libris, cum per se sit nihili, fortasse residuum est primitivae Plauti scripturae *tis*, quam vv. dd. sunt expiscati e Gellio (N. A. XX. 6, 9) cuius libri scripti una cum glossenmate *tui tis* praebent.[5]) Nonius ne umbram quidem primigeniae lectionis servavit sed ex minoris commentarii naturae vulgarem formam exhibet.

III. Nonius et Plauti libri mss. prorsus congruunt.

Amph. 179 = Non. 43, 11 (de versu cf. Studemund. de cantic. p. 36 et Seyffert. de vers. bacch. p. 29) — Amph. 238 = Non. 480. 20; — Amph. 245 = Non. 128, 22 (cf. Studemund. de cantic. p. 21) — Amph. 739 sq. = Non. 44. 21; Amph. 900 = Non. 148. 8; — Amph. 1033 = Non. 43. 10.

Asin. 216 = Non. 43. 26. — Asin. 391 = Non. 44. 33 (cf. Loewii Prodr. p. 258); — Asin. 649 = Non. 454. 16.

Aulul. 42 = Non. 45. 10. — Aul. 79 = Non. 454. 27. — Aul. 191 = Non. 45. 16 (cf. p. 340. 22.) — Aul. 213 = Non. 454. 33. — Aul. 325 = Non. 509. 9. — Aul. 408 = Non. 85. 31. Non minus quam Aul. 592 Scaligeri, hoc loco G. Hermanni coniectura contra codicum Noniique auctoritatem facta refutanda est; vult enim scribi *coquitatum* pro *coquinatum* conferens Pauli Fest. p. 61 (at cf. quod adnotat O. Muellerus); coquinandi verbum iure defendit et explicavit Sauppius (quaest. Plaut. p. 10). — Aul. 521 = Non. 549. 26 (cf. Wagner. de Aul. p. 14. qui *corcotarii* scribit); — Aul. 624 = Non. 455. 8.

Pers. 89 = Non. 118. 31.

IV. Fragmenta sunt:

Amphitruonis apud Non. p. 453, 30: p. 454. 3; p. 44. 28; p. 105. 22; p. 44. 29; (cf. p. 247. 6) cf. Joh. Schroeder: de fragment. Amphitr. Plautinae. Argentor. 1879.

---

[5]) Num Gellius ipse *tis* scripserit, iure dubitat Lorenzius Philol. 35, 154 sq.

Ante duo fragmenta p. 44. 28 sqq. excidisse Amph. 776 indicare voluisse videtur Schmidtius l. l. p. 21.

Cum ex eis locis quos Nonius e minore commentario adfert, duodeviginti vehementius discrepent cum Plauti librorum memoria, quam ut ex P. manasse possint, is commentarius ad peculiarem Plauti fabularum recensionem revocandus est; quacum sententia ceteri loci non pugnant. Quam recensionem Palatina fuisse recentiorem vel ita comparatam, ut minus antiquam textus formam praeberet, ex eo intellegitur, quod compluribus locis (Amph. 209 sq. Asin. 196. 515. 550.) proprietates sermonis Plautini obscuratas et ad tritas bonorum scriptorum normas resecatas invenimus. Dolendum est, quod eae tres comoediae in A. prorsus interierunt ideoque eius codicis scripturae in comparationem vocari non possunt. Cum enim, ut supra dixi, satis constet Ambrosianum librum minus vetustam genuinamque fabularum condicionem quam codd. Pall. praebere, fieri potest, ut commentarius minor ad eam recensionem se applicet.

Caput III.

De maiore, qui vocatur, commentario.

A. De eis locis, quibus adsunt scripturae cod A agitur.

I. Nonii memoria nec ad A nec a P redit.

1. Epid. v. 233.[5a]) A: **carinum.**

P: *Cumatile aut plumatile, garinum aut gerrinu*

Non. 540, 19: *cumatile aut plumatile.*

et p. 548, 32: *Plumatile aut cumatile, cerinum gelinu*

Abhorret et ab A. et P. Nonii scriptura *cerinum gelinum. Gelinum* nihil est, nec multum agunt, qui scr *melinum.* Est fortasse mera corruptela e *gerrinum,* qu verbo aptam paronomasiam efficit *cerinum,* quod Nonium legisse lemmatis verba *caerinum a caerae colore* satis firm *Carinum* vel *garinum* quod Plauti libri axhibent, quid velit nemo adhuc satis explicavit; nec enim eo quod 510, ubi libri *carinarii,* Nonius bis *cariarii* praebet (c 16 sq.) in comparationem vocant, res obscura clar Doricam formam *καρός,* unde derivatum sit et carinariu carinum (cf. Brixium nov. ann. phil. 91. p. 56. quem impu Brandtius nov. ann. phil. 117. p. 385) Latinos amplexos nec veri simile est nec opus erat, cum haberent verba „ce „cerarium" similia. Hactenus de scripturae discrepa ceterum versus cum Goetzio ut vetus additamentum delen

2. Pseud. 864:

A: **Si conquiniscet istic conquiniscito.**

P: *Si conquiniscet istic conquiniscito [simul].*

Non. 84, 17. *Si conquiniscet istic ceveto simul.*

(*Conquiniscesiistic*: Nonii libri). Repudiante metro i ex antecedente versu *simul* repetitum est, aptissime ac v postulante additum est apud Nonium. Cevendi verbum etsi

---

5a) cf. p. 548, 8 et huius diss. p. 12 sq.

loco aliquantulum a vulgari significatione deflectit, tamen quid sit e sententiarum connexu facile intellegitur.[6])

3. Pseud. 1300 sq. A.: (cf. Loew. Anal. Plaut. p. 173).

Quid l⟨ubet pergin i⟩n os ructare mihi?
Suavis ructus mihi est: sic sine: ei modo.

P: . . . . . *pergin ructare in os mihi?*
Suavis ructus mihi est; sic sine modo.

Non. 164, 30: . . . . *pergin ructare in os mihi?*
Suavis ructus mihi est; sic sines imon. i. e. *sic sine Simon.*

Sic ea verba ediderunt Gerlachius-Rothiusque secundum codices L. et W.; eandem scripturam praebet Quicherati cod. H.; O. autem: *sic sine si modo,*[7]) de Parisino libro P. (n. 7667.) nihil adnotat. Quodsi L. et W. exhibent veram nec e corruptela ortam lectionem, Nonius nec ad A. nec ad P. pertinet. Transposuit A. v. 1300 *in os ructare* addiditque v. 1301 *ei („i"),* quod prius e coniectura posuerat Gulielmus (Versim I. 4. in Gruteri Lamp. sive Fax art. liberal. III. 27). Nonii scriptura stare potest atque etiam alliteratione „*s*ic *s*ine *S*imon" fulcitur; sed eam vere esse Plautinam propterea non puto, quod formae desinentes in *-on* velut *Simon* pro *Simo,* ni fallor a libris nostris Plautinis omnino alienae sunt ideo queea terminatio peculiaris recensionis auctori tribuenda erit. Versus 1301, qualis est in A., constat e dipodia cretica cum tripodia troch. cat. coniuncta (ut Most. 699. 707.); in P. versus hic est:

— ◡ — — ◡ — — ◡ ◡ ◡ ⏓

cui metro patrocinatus est A. Spengelius (de vers. cret. usu Plaut. p. 37 sqq); eundem versum tenemus apud Nonium, cum nomen *Simo* i litteram corripiat (cf. Pseud. 1159. 1166. Hor. A. P. 238) nec ideo (ut nonnulli vv. dd. censuerunt) a „*sīmus*" (σῑμός) derivatum esse possit.

4. Poen. 908 A. P.:

Quin prius desperibit faxo quam unam calcem civerit.

Non. 199, 21 non aliter scribit nisi *unum calcem* (et *disperivit).*

---

[6]) cf. Schol. in Juv. sat. II. 21. et Heinrichium ad. Juv. sat. VI. 322; at Gloss. lat.-gr.: cevo, vergo, inclino, κύπτω.

[7]) haec scriptura prope ad A accedit· *sic sine, [s]i modo*

Calx, quod verbum Plautus hoc loco usurpat pro calculo, idem esse ac calcem, qua aedificetur et qua finis stadii significetur (cf. Varronis exemplum a Nonio h. l. prolatum) cum appareat, illud *unum* apud Nonium defendi potest.[8]) Calcem enim (χάλιξ) interdum esse masculinum testatur Charis. p. 552. 1. („calx πτέρνα, λάκτισμα ἄσβεστος") et sic usurpatum videmus apud Catonem (de r. r. 18, 7 *arenato calce*) et Vitruvium VII. 6. 1. cf. C. I. L. I. 577. col. II. 18. et Pauli Fest. p. 46. sub v. *cancri*.

5. Poen. 907. A. P.:

Profecto ad incitas lenonem rediget si eas abduxerit.

Non. 123, 23.:

Profecto ad incita le⟨n⟩onem rediget si eas abduxerit.

Concedendum est et a Nonio duobus exemplis Lucilianis firmatur, *ad incita* eodem sensu atque *ad incitas* (sc. *calces*) poni posse. Jam cum videremus *calcem* in v. 908 in Nonii fonte pro masculino exstitisse, hoc quoque loco necesse est eum non *ad incitas* legisse nec fieri potest, ut *ad incita* per errorem pro *incitas* sit scriptum, quae erat mens Ritschelii (opusc. III. 63 adn. 2); sed est *ad incita* cum Bergkio (diar. ant. stud. 1848 p. 1128) retinendum ut eam scripturam, quam Nonius scriptam invenerit.

6. Pers. 493. A. P.: . . . . *nunc eam narrabo*

Unde tu pergrande lucrum facias.

Non. 210, 18. tradit *ea* et *pergrandem lucrum*, cum in lemmate diserte dicat Plautum in eo versu formam masculinam posuisse. Cum vero res omni analogia careat, suspicio movetur Nonii auctorem vetusto vitio deceptum esse.

7. Stich. 348 A.:

Ut operam omnem araneorum perdam et texturam improbam.

Deiciamque eorum omneis telas.

[8]) Quoniam etiam „calx" (πτέρνα), qua calcatur, a Lucilio pro masculino usurpata est (cf. Charis. pag. 72) duae voces facillime inter se confundi potuerunt; at cf. Charis. p. 92, 31. K.

Quacum scriptura P. modo v. 349 dissidet exhibens:

Dehic iamque earum omnis telas.

Non. 192, 14:

Ut operas araneonem tergam et texturam improbem.
Deiciamque eorum omnis telas.

Versu priore Nonii scriptura *operas* ad versum sententiamque non minus apta est quam liborum memoria *operam omnem;* abiciendum autem est *tergam* cum verbum *tergĕre* apud Plautum nondum inveniatur ac praeterea non simplex sed verbum compositum (*detergere*) expectetur; itaque ea forma e *perdam* depravata esse debet. Ut de *araneorum* lectione probe iudicemus, quam formam libri Pall. v. 348 cum A. praebent quamquam v. 349 exhibent *earum*, opus est adhiberi Asin. vers. 425 quem una cum Stichi loco Nonius c. l. adfert.

P: *Jussin columnis deici operas aranearum.*

Non. 192, 16: *Jussin columnis deici telas araneorum.* (*columem* vel *columen*: libri). Fluctuasse Latinos inter *aranea* et *araneus* et *araneum* Loewius glossariorum auxilio demonstravit (Analect. Plaut. p. 178.). Attamen is qui recensuit P, tantum *aranea* probasse videtur; legimus enim femininum praeter hunc locum Aul. 87 *(araneas)* et Stich. 355 *(araneas)* quamquam, ut vidimus, praecedit v. 348 *araneorum*; cum vero sequatur *earum* (v. 349) et *illas* (v. 350), illi scripturae v. 348 nihil tribuendum est sed statuendum eam oculos recensentis grammatici fugisse aut postea illatam esse. Stichi versus 348 procul dubio ad tertiam spectat recensionem simulque Asin. v. 425 quo loco scriptura *telas* hiatus in diaeresi evitatur.

8 Stich. 366 sqq. A.:

Dum percontor portitores ecquae navis venerit
Ax Asia negant venisse, conspicatus sum interim
Cercurum quo ego maiorem non vidisse censeo.

Ab his verbis P non discedit, nisi quod exhibet *perconctor* (v. 366; de qua vitiosa scriptura cf. Corssen. I². p. 36. n.) et *ego me maiorem* (v. 368).

Non. 533, 22:
Cum percunctor portitores ecquae navis venerit,
Ex Asia, negant venisse: conspicatus sum interim
Cercurum quo ego me maiorem non vidisse censeo.

(*Cercurus* apud Nonium exstat in lemmate, in exemplis ter constanter *cyrcerus.)* — Particula *dum* in A et P sententiam ac structuram efficit satis obscuram; quam difficultatem Bothius et Ritschelius inserta vocula *ac* vel *et* ante *negant* removerunt, Goetzius alia interpunctione tollere studuit *(Dum percontor . . ., negant venisse: conspicatus sum . . .)*. Omnis scrupulus meo iudicio eximitur recepta Nonii scriptura, quae est *cum. Quom* temporale cum indicativo praesentis duodecies apud Plautum coniunctum invenitur (cf. Lübberti stud. grammat. II. p. 64) et duobus (vel tribus) locis ea est structura, ut in apodosi iterum exstet tempus praesens cf. Pers. 834. Epid. 217 (Capt. 282 Fl.).

9. Trin. 251 sq. A. v. 252: **Vestispica — sandaliogerulae.**

P: *Nox datur: ducitur familia tota*
Vestiplice unctor auri custos flabelliferae sandaligerulae.

Non. 12. 18: *Nox datur: ducitur familia tota*
Vestispici unctor auri custos . . .

Et forma *vestiplica* (a veste plicanda) et *vestispica* (a veste inspicienda) suam habet significationem et titulorum auctoritate firmatur: legitur *vestiplica*: C. I. L. VI. 9901. IX. 3318; *vestispica:* C. I. L. VI, 9912; *vestiplicus:* C. I. L. VI, 7301. 9981. De forma masculina *vestispicus* apud Nonium propter lemma dubitare non licet et numerus plurativus etiam in codd. Pall. scriptura *(vestiplice)* latere videtur. Itaque non duplicem, ut ait Ritschelius, sed triplicem scripturam ex ipsa antiquitate traditam habemus.

Si conceditur ad tertiam recensionem ea quae tractavimus exempla pertinere, etiam ea, quae cum eis nullo alio testimonio intermisso sed artissime coniuncta citantur ad eundem fontem spectare necesse est etiamsi eorum versuum

discrepantias cum librorum memoriae non sint eiusmodi, ut ea de causa ad peculiarem recensionem referantur.[9]) Sunt versus tres, e quibus de (10) Asin. 425 iam actum est.[9a])

(11.) Cistell. IV. 1. 5. P. (deest A.):

Faciundumst puerile officium quomque mei sciam ad cistulam.

Non. 84. 16. bene: *conquiniscam ad cistulam.*

(12.) Trin. 535 sqq. A: . . . . **exolatum abiere** . . . .
. . . . . . **em** ⟨nunc hic⟩ **cuius est,**
⟨Ut⟩ **ad incitas . redactus.**

P: *Alii exulatum abierunt, alii emortui*
Alii se suspendere. Hem nunc hic quoius est,
Ut ad incitas redactus.

Non. 123. 20: *Alii exsolati abierunt, alii emortui*
⟨Alii se suspendere.⟩ *Hem nunc hic cuiu'st,*
Ut *a*⟨d⟩ *incitas redactus est.*

Nisi locus cum Poen. 907 afferretur, non par esset propter Nonii corruptelas exemplum ad propriam recensionem revocare. cf. Ritsch. Proleg. XCII, CIX coll. opusc. III. p. 63 de *est* a Nonio addito, in libris omisso cf. Olsenum de verbo subst. p. 29. Gryph. 1884.

II. Nonius conspirat cum A.

1. Epid. 224 A.: **Impluviata — istae faciunt —.**

P.: *Impluviatam ut istaec facimus vestimentis nomina.*

Non. 548, 17.:

Impluviata ut istae faciunt vestimentis nomina.

Impluviata, quod est in A. et apud Nonium non de forma vestis dictum esse potest, ut in P. *impluviatam*, sed videtur esse part. pass. verbi **impluviare* ab impluvio derivati (cf. peculium: depeculiari; somnium: somniare) ac debet significare: „vestimento, cui est impluvii forma, induta"

---

[9]) In cap. II. huiusmodi exempla non composui quod probari nequit Nonium non una recensione usum esse: sed nihil obstat ne omnia illa exempla ad unum fontem eandemque recensionem referamus.

[9a]) cf. p. 30.

ita ut respondeat *induta?* (v. 223) atque verbis *utin impluvium induta fuerit?* (v. 224) explicetur.

2. Mil. 835: A: — **caleb** —

P: *Nam nimis calevit, amburebat gutturem.*

Non. 207, 18: *Nam nimis calebat adurebat gutturem.*

Jure patrocinatus est formae *calevit*, ut quae etiam in Veteris scriptura *(caluit)* lateat, Ribbeckius (in mus. rhen. 29 p. 16. sq.) simulque quomodo perfectum *calevit* et imperfectum *amburebat* hoc loco intellegantur, exposuit.[10]) *Calebat* in A. concinnitatis causa positum esse apparet.

3. Mil. 1180. A: — **exp — llato** —

P: *Id connexum in umero laevo exfafillato bracchio.*

Non. 103, 5: *Id connexum in [n]umero levo expapillato brachio.*

Jam Verrium Flaccum utriusque recensionis scripturam cognovisse intellegitur e Pauli Fest. p. 79 et 83. cf. Leidolph: „de Festi et Pauli loc. Plaut.“ in commentt. Jen. II. 206. 213. Inter viros doctos hodie convenit Palationorum scripturam licet sit obscura tamen esse genuinam (cf. Placidi gloss. p. 40, 21. et 41, 16 D.; Buecheler.: interpr. tab. Iguv. p. 27. Mueller. pros. p. 254). Attamen scriptura Ambrosiani satis divulgata videtur esse; cf. Loewii prodr. p. 270.

4. Pseud. 674. A. (cf. Loewium Anal. Plaut. p. 169):

. . . **me ut** . . . . **faciam et copi pectore.**

P: *Atque ego nunc me gloriosum faciam ut copi pectore.*

Non. 84, 19.:

Atque ego nunc me ut gloriosum faciam et copi pectore.

Scripturam Nonii et Ambrosiani recepit Ussingius; Ritschelius *et* ante *copi pectore* (quod ad sequentia refert) deleto retinuit *ut gloriosum.* Cum vero *ut* in talibus enuntiatis optime abesse possit (cf. Mil. 1034. 1044. 1243; Lorenz. ad h. loc.), haec vocula in P. omissum, et illud *ut* quod post *faciam* exstat corruptela ex *et* videtur esse.

---

10) „calevit“ giebt den vorgefundenen Thatbestand an, „amburebat“ die Wirkung während des Trinkens.'

5. Trin. 1. A.: . . . **hac me** . . . . . . **tuum.**
P.: *Sequere me mea gnata ut munus fungaris tuum.*
Non. 497, 8.: *Sequere hac me, gnata, ut munus funga*⟨ri⟩*s tuum.*

Cum perversa scriptura codd. Pall. *mea gnata* conferas Pers. v. 332.

6. Una cum hoc Trinummo versu adfertur Men. 223.
A exhibet cum levi mendo: . . . **octo hominum num.** . . .
P: *Nam parasitus octo hominum munus facile fungitur.*
Non. 497, 7. non discedit: *Octo homonum* bene Brixius.

III. Nonius coit cum P.

1. Epid. 152. A: . . . **exsolvar** . . . . . . **aliqua.**
P: *Aliqua ope exsolvam, extricabor aliqua.*
Non. 8, 10.: *Aliqua ope exsolvam, extricabor aliqua[m].*
Exsolvar διορθωτής rec. Ambr. scripsisse videtur, cum *extricabor* esse verbum deponens (quam vim alibi nusquam habet) nollet; sed hac mutatione sententia parum apta efficitur versusque laeditur.

2. Epid. 582. P: *Atque argentum egurgitem domo prorsum.*
Ex A. adfertur: . . . . . . **domo prosus.**
Non. 102, 33: *Atque* ⟨argentum⟩ *egurgitem domo prorsum.*
Cf. Ritschel. prol. CIV et opusc. II. 261 sqq. de formis *prorsum, prorsus, prosus.* Similiter inter A. et libros discrepat Truc. 245 A: *demum,* P: *demus.* cf. Baier c. l. p. 99 sq.

3. Mil. 397. A; — **gesserim** . . . **dorsum dotum** —
P: *Timeo quid rerum gesserit ita dorsus totus prurit.*
Non. 203, 5: *Timeo quid rerum gesserim ita dorsus totus prurit.*

Masculina forma modo hoc loco invenitur cf. Brixium ad Trin. 1014. Priscianus (V. 8. 43 p. 170, 3) nominativum *dorsus* ad quartam declinationem refert.[10a])

4. Pseud. 152. De hoc versu maiore cum fructu infra agemus. cf. pag. 42.

10a) *gesserit* in P. non corruptelam sed ad *dorsus* esse relatum putat Baier c. l. p. 86, quocirca fortasse est, qui Nonii memoriam ab utraque recensione recedere censeat.

4a. Pers. 391. A: — **dico.**

P: *Pol deum virtute dicam et maiorum meum.*

Non. 495, 16. *Pol deum virtute[m] dicam et maiorum meum.*

5. Pers. 408. A: . . . . . . **periure inlex labes popli.**

P: *Impure inhoneste iniure inlex labes populi.*

Non. 10, 13: *Impure inhoneste iniure i⟨l⟩lex labes popli.*

Dissidet A. a P. Nonioque scriptura *periure.* Sed Nonii memoriam propter formam *popli,* quae cum versus postulet etiam in P. quondam exstitisse debet, a Palatina quoque recensione abrogari non oportet praesertim cum Nonii codex Guelferbitanus (W.) (cuius scripturam benigne mecum communicavit Kiesslingius) et Quicherati libri praeter C., ut videtur, *populi* cum P. praebeant; de Nonii codicis L. scriptura Gerlachius nihil adnotat. cf. Non. p. 447. 2 infra.

6. Pers. 421. A: **Per . . . . serve li . . . . . . furax, fugax.**

P: *Perenniserve lurch* ⟨o⟩ *edax furax fugax* (*fugax furax* CD.)

Non. 11, 6. *Perennis herbae lurco edax furax fugax.*

Fuit in P: *lurcho edax* quam scripturam cum aspiratione esse vetustam testis est Probus (Gram. lat. IV. p. 10. 14. 38.); hanc formam Nonium quoque voluisse propter lemmatis verba: „lurcones dicti sunt a lurchando, lurchare est cum aviditate cibum sumere" verisimile est. Cum A. concinit nec P. nec Nonius quia certissimo Ritschelii testimonio vox *lurco* vel *lurcho* in A. non exstat sed verbum quoddam a **li** . . incipiens.

7. Stich. 502. A: **Ego auspicabi in re capitati mea.**

P: *Eam ego auspicavi in re capitali mea.*

Non. 468, 21. *Ea ego auspicavi in re capitali mea.*

Offendimus in hiatu non legitimo, quem editores cum Acidalio transpositis verbis *auspicavi ego* delere solent. Quod si comprobatur, *eam,* quod ad sententiam non opus est nec in A exstat, abesse non debet; quam ob rem aut in A *eam* excidisse putabimus aut dissensio inter A et P Noniumque statuenda est. Utrum cum Nonio et codice vetere *ea* scribendum sit (id quod praeplacet Muellero pros. p. 492) an apud Nonium *eā* restituendum et difficile est ad discernendum nec ad nos pertinere reor.

8. Truc. 268. A.: — **quasi sus catulos mulier pedib. proterã.**
P: *Jam hercle ego hic te mulier quasi sus catulos pedibus proteram.*
Non. 457, 13: *Jam hercle ego hic te mulier quasi sus catulos pedibus proteram.*

Cum Nonius ad litteram cum P congruat, hoc loco gravi verborum traiectioni in A tantum tribuo, ut Nonium in hoc exemplo ad P se applicasse censeam. Cf. supra p. 15.

Cum exemplis modo tractatis proferuntur eaque de causa (cf. pag. 32 sq.) ad A redeunt: (9.) Curcul. 613 quem versum Non. 8. 15 cum P. conspirans depromit nisi quod *quasi* pro *quas* praebet, et (10.) Pers. 689 quo loco Non. 468, 20 a Palatinorum memoria omnino non discedit.

IV. Pusillis rebus praetermissis A. P. Nonius inter se non differunt.

Casin. 39. A (Gepperto teste): **rur**⟨i⟩; P et Nonius 476, 25: *ruri reddibo.*

Casin. 76. A: — **calvitur.**
P: *Nam ubi domi sola sum sopor manus calvitur.* (*calpitur:* libri).
Non. 6, 26: *soror* pro *sopor.*

Casin. 806. Ad hunc versum cuius reliquias solus codex rescriptus servavit iure Studemundus (Herm. I. p. 285 et ind. schol. Gryph. 1871/72 p. 15) rettulit testimonium Nonii p. 7, 20:

Perit; flacco habebit iam illic homo lumbos meos.

quae verba adhibito lemmate in quo exstat *defloccare* sic emendata: *Perii, defloccabit* e. q. s. satis congruunt cum A. qui exhibet:

Pe.ii f.s.. defloccabit iam illic homo lumbos meos
i. e.: Perii fusti defloccabit e. q. s.

Fusti a Nonio omissum est. E lacuna codicis B, quae docet totidem fere versus, quot habet hoc loco A, excidisse, apparet eos versus in P. non defuisse sed ut initium versus 804 casu pessum datos esse, quocirca non est quod Nonium propius ad A accedere existimemus.

Num idem iudicium de quodam Cistellariae versu ferri liceat, dubitari potest. Ex hac fabula profert Nonius 164, 18 verba haec:

Expurgabo hercle omnia ad raucam ravim.

Eadem fere primus Ang. Mai (M. Acci Plauti fragm. ined. Mediol. 1815. p. 18.) in Ambrosiano neglegenter legit, tum melius extricavit Studemundus (Herm. I. p. 298 sqq.):

Expurgabo hercle [s]omnia ad raucam ravim.

De delendo hiatu cf. Rischelii nov. exc. p. 53 adn. qui *expurigabo* scribi vult. Jam cum mihi persuasum sit, mutilam Cistellariae formam quam exhibent codd. Pall. non casui aut temporum iniquitati deberi sed ipsi huius recensionis auctori, qui exemplar in scenae usum praecisum in fabularum corpus receperit, cum in A perfectior eius comoediae forma fuisse videatur, fieri potest, ut et ille versus, qui desit in P, et duo fragmenta ad hanc quaestionis partem pertinentia, quae infra adferam, a P omnio sint aliena et ad A redeant. Quae opinio eo fulcitur, quod Nonius cum A et vitiosum hiatum et miram prosodiam *răvim* (quae vox priorem syllabam producit cf. Poen. 778.) exhibet.

Quod si sit veri simile, Aululariae quoque versus 336 a Nonio una cum Cistellariae exemplo depromptus ad A spectare debeat; P. eum sic praebet:

Ubi si quid poscamus que (= usque) *ad [a]ravim poscam[us] prius.*

Non. 164, 15: *Ubi si quid poscam usqu[a]e at ravim poscam prius.*

Alterum *poscamus* in P unde natum sit ex ipsa librorum scriptura elucet. cf. Non. 374, 12 et Fest. 274 et 282 qui utroque loco haec duo testimonia eodem ordine adfert et cuius memoria iure a Leidolpho (l. l. p. 222) ad A revocatur.

Epid. 223 A: ⟨Quid⟩ **erat induta? An regillam** ⟨induculam⟩ **an mendiculā**

Eadem verba praebet P. et scribere voluit Nonius 539. 10 qui cum glossemate exhibet:

An regillam [tuniculam] indu⟨cu⟩*lam an mendiculam*

Epid. 231 A: — **caltulam . . . crocutulam**

P: *Indusiatam patagiatam caltulam aut cr*⟨oc⟩*utulam*

Non. 548. 24: *illusiatam* e. q. s. cf. p. 539. 32 et 540. 4.

Epid. 232. A. — **exoticum.**

P: *ricam basilicum aut exoticum.*

Non. 539. 17 *rica*⟨m⟩ *basilicum aut exoticum (rica* e lemmate illatum est*)* et p. 540. 17: *basilicum aut exoticum.*[10b]

Epid. 609. A: **Quid ill — — – veritudine**

B: *Quid illuc est quod illi caperat frons severitudine*

Non. 8. 31 et 173. 8:

Quid illud est quod illi caper[r]at frons severitudine

Caperrat priore loco etiam in lemmate exstat, altero autem *caperat.*

Mil. 1171. A: . . . . **reverearis**

P: *Quasique eius opulentitatem reveris* (B. *reveaaris* CD)

Non. 146. 12: *Quasi qu[a]e eius opulentitate*⟨m⟩ *reverearis*

Pseud. 281 sq. A (v. 282): — **dedisse istunc . . .**

P: *Nimio id quod pudet facilius fertur quam id quod piget*

Non dedisse[t]istum pudet: me quia non accepi piget

Non. 423. 29 a P non dissentit nisi quod bene *dedisse,* male pro *pudet* priore quoque loco (v. 281) exhibet *piget.*

Poen. 312. A et P:

Siquidem tu es mecum futurus pro uva passa pensilis

Non. 11. 33. *siquide*⟨m⟩ [*a*]*es tu* et *pensili* quod retinuit Quicheratus.

Poen. 335 coeunt A. P. Non. p. 510. 33.

Poen. 488 sq. A et P:

Si hercle istuc unquam factum est tum me Juppiter
Faciat ut semper sacruficem nec umquam litem —

Non. 424. 19 versum 488 cum libris, v. 489 sic tradit:

Faciam ut semper sacrificem neque umquam litem —

De verbis *nec umquam* cf. Fleckeisenum (nov. ann. phil. 103. pag. 818) qui scribit *neumquam*; *numquam* coniecit Guyetus. De *faciam* pro *faciat* infra agam.

Poen. 970. A et P:

Ut mihi apsterserunt omnem sorditudinem

Non. 173. 11: *omnes.*

[10b] cf. huius diss. p. 12 sq.

Pers. 169 A et P:

Nimis tandem me quidem pro barda et pro rustica reor habitam esse aps te

Non. 10. 9: *tandem equidem* cf. Mueller. pros. 87. n. 2; Spengel. Reformvorschl. p. 386.

Stich. 369 A. P. Non. 11. 30 prorsus consentiunt.

Trin. 250 A: **Quod eb.bit — — sumptui**

P: *Quod ebebit quod comest quod facit sumpti*

Non. 484. 26: *Quod ebibit quod comest quod facit sumpti*

Scripturam *ebibit* (vel *ecbibit)* et in P. et in A et apud Nonium bis (cf. pag. 81. 19) traditam, vetus vitium esse dicit Ritschelius, pertulit Bentleius (in Ter. Eun. V. 8. 57) defendit praeter ceteros Buechelerus in ann. phil. 99 p. 487 adn. 4 coll. v. 318. Forma *sumptui* in A videtur esse corruptela nata, nam genetivi determinationis in —„ui“ unde abiecta littera s ex —„uis“ orta sit, deest alterum exemplum ipsamque formam *sumptuis* recipi vetat metrum cf. Ritschel. ind. schol. Bonn. 1852/53 p. 7 (= opusc. IV. 169.)

Trin. 332. A: **Mercaturan' an venalis —**

P: *Mercaturamne an venales habuit ubi rem perdidit*

Non. 212. 28:

Mercaturam eam venalis habuit ubi rem perdidit.

Zeugma, quod scriptura Palatinorum efficitur, tollit A. Sed quamquam Nonii memoria propius ad P accedere videtur, tamen litterarum ductus sunt similiores, quam ut res decerni et de iusta diversitate cogitari liceat. cf. Ritsch. prol. CCCXXII; Studemund. (mus. rhen. XXI p. 595). Langen. Beitraeg. 272.

Trin. 641. A: . . . . . . **promeres.**

P: . . *nam retineri nequeo quin dicam ea quae promeres.*

Non. 475. 7: *retinere.*

Trin. 839 A: **quibus — quaero.** P: *Quibus erumnis deluctavi.*

Non. 468. 29 male: *Cum hisce erumnis deluctavi*[*t*]. cf. infra.

Trin. 1060 A: **aha**; P: *ha nimium Stasime seviter.*

Non. 511. 2: *a nimium Stasime saeviter* cf. Baier c. l. p. 100.

Truc. 138 sq. A: . . . . . **ego expedibo**

⟨Rem perdidi⟩ **aput vos: vos** . . .

P: . . . . . *ego expedibo*: *Rem perdidi* (om. *aput vos vos).*
Non. 476. 33: . . . . . *ego expedibo: Rem perdidi aput vos.*
Truc. 196. A. bene exhibet:

Horresco misera mentio quotiens fit partionis.

P: *Horrisco misera sentio qđ diis fit par[a]tionis*
Non. 217, 33: *Horresco misera mentio quod fit partionis.*

B. Codicis A scripturae desunt.

I. Nonii memoria abhorret a P.

1. Amph. 1108: P:

Devolant angues iubati deorsum in inpluvium duo.

Non. 191, 21: *Devolant angues iubatae* ⟨deorsum⟩ *in compluvium duo.*

Duo Quicherato teste omnes Nonii libri exhibent praeter cod. Par. 7579 qui *due* praebet. Nonium femininum voluisse lemmate: „angues feminino Plautus" probatur. *Anguis* alibi quoque pro feminino usurpatur; Nonius p. 291, 34 *geminas angues* e Verg. Aen. VIII. 289 profert cf. Neuii Fomenlehre I². p. 612. — De compluvio cf. Varr. d. l. l. V. 161. et r. r. I. 13. 3.

2. Asin. 145. P:

Reddam ego te ex fera fame mansetam: me specta modo

Non. 483, 9.: *Reddam ego te ex fera fame mansuetem: me specta modo.*

Vulgarem formam *mansuetam* codices etiam simillimo versu 504 praebent; alibi hoc verbum apud Plautum, ni fallor non invenitur. *Mansues* praeter Attium et Varronem quos adfert Nonius scripsit etiam Cato apud Fest. p. 154 et Gellius V. 14. 21.

3. Asin 266 P: *Metuo quod illic obscevavit* (D; *obscervavit*: B;) *meae falsae fallaciae.*

Non. 146. 1.

⟨M⟩*etuo cum illic obscevavit meae falsae fallaciae.*

Et *quod* et *quom* cogitari potest; illud comprobavit Ritschelius Mil. 891 ubi libri *quo* exhibent unde sumpserunt

Brixius, Ribbeckius, Muellerus (Nachtraege p. 34) scripturam *quom*, qui notionem temporalem ad sententiam adfert ut Pseud. 1114.

4. Asin. 319 P:

Habeo opinor familiare tergum, ne quaeram foris

Non. 227. 22.

Habeo opinor familiarem tergum, ne quaeram foris

Tergi vocem hoc loco esse masculini generis Nonius in lemmate diserte dicit; neutrum statim e Pseud. 152 adfert, qui versus in A. sic legitur: (cf. pag. 57).

--- **vostrum durius tergum erit quam terginum meum.**

P: *Numquam edepol vestrum durius tergum erit quam terginum hoc meum.*

Non. 227, 20: *Numquam edepol vestrum durius (durum:* libri) *tergum erit quam terginum hoc meum.*

Quamquam versus apud Nonium propius ad P quam ad A accedit tamen cum Asinariae exemplum sine dubio ad P non redeat, ne Pseuduli quidem versus, quod cum eo arte copulatus est ideoque ad unum fontem spectat, e P fluxisse potest. Duae recènsiones hoc loco eo differunt, quod A omisit *hoc*, quae vocula, cum versu non postuletur, abesse potest nec casu intercidisse debet. Atqui Nonius quoque eodem modo ac P ab rec. Ambr. discedit, cum pronomen *hoc* tradat: ergo haec duo exempla nec ad A nec ad P redire sed e tertio fonte manasse videntur.

5. Asin. 377. P:

Quin promitto inquam hostire contra ut merueris.

Non. 3, 31:

Quin promitto inquam hostira contra ut memineris.

Et Nonii et codicum scriptura probam efficit sententiam. Dicere enim potest Libanus ,se acceptas plagas esse redditurum Leonidae ut meruerit, quod se pro atriensi gerens conservum aspere tractaverit' et ,ut horum verberum diu meminerit'.[11]) *Meminisse* alibi quoque ita usur-

[11]) Fortasse est qui interpretetur ut memineris te re vera non esse atriensem sed conservum; sed hoc mihi artificiosius visum est.

patur ut obiectum e sententiarum connexu sit supplendum cf. Capt. 240. Curc. 210. Pseud. 515. Stich. 47. Casin. 421.

6. Asin. 894. P: . . . . *nauteam* ||

Bibere malim si necessum est quam illam oscularier

Non. 8. 11: . . . . *nauteam*

Bibere malim si necesse sit quam illam oscularier.

Indicativum *est* ferri non posse cum vidisset Fleckeisenus Noniana scriptura *sit* usus locum repudiata Pyladis coniectura *illanc*, qua non sententiae sed soli versui medicina adferretur, sanavit. Forma *necesse* etsi a Plautino sermone non abhorret, tamen cum libri vetustiorem scripturam *necessum* servaverint, recentioris recensionis indicium est. Praeterea hoc testimonio discimus versuum ordinem in libris nostris vehementer turbatum, in exemplari ab Nonii auctori adhibito fuisse genuinum, cum *nauteam* recte cum sequenti versu 895 excitatur; haec enim vox in libris praefixa est versui 899 cui praecedit v. 894; v. 895 inter vv. 893 et 898 locum habet. cf. Spengel. Plaut. p. 189 et Langen. Beitr. 51. (at cf. p. 121.)

7. Asin. 282. P: *Maximas opimitates gaudio effertissimas.*

Non. 146, 4. *Maximas optimitates gaudio exfertissimas.*

8. Capt. 789. *Maximas opimitates opiparasque offers mihi.*

Non. 146, 6.: *Maximas optimita*⟨te⟩*s opiparasque offers* (*-ert:* libri) *mihi.*

Optimitas nec est vox latina (sed a Martiano Capella 4, 369 diserte damnatur) nec versui satisfacit. Nihilominus Nonium verbum monstruosum legisse consensus librorum qui et in lemmate et in utroque testimonio id exhibent confirmat; videtur igitur eius auctor vetusto sui libri mendo deceptus esse.

9. Aul. 398 sq. P:

Dromo desquama pisces: tu Machaerio
Congrum murenam exossata fac sient.

Non. 95, 11.:

Dromo (*-mae :* libri) *desquama pisces: tu Macherio*
Congrum murenam exdorsua quantum potes.

Exdorsuandi verbum servaverunt etiam Placid. gloss. 41. 12 (ed. Deuerl.) et Pauli Fest. p. 79 M. (= „confringe dorsum“ explanat Buechel. in mus. rhen. 35. p. 404.) Eius

significatio hoc loco proxime abest ab exossando, quod Amph. 318 sq. quoque exstat (ubi v. 319 Weidnerus adv. Pl. p. 22 *exdorsuare* scribi voluit) et Pseud. 382 (= Non. 170, 25). Propter gravem Nonii discrepantiam vetustiores editores cum Camerario post v. 399 unum versum, qui haberet clausulam *exossata fac sient* intercidisse statuerunt. *Potes* quod etiam apud Non. 17, 30 legitur defendi potest. cf. infra ad Asin. 153.

10. Aul. 422. P: *Ita fustibus sum mollior miser magis quam ullus cinaedus.*

Non. 5, 21:

Ita fustibus submollior magis quam ullus cinaedus.

Quamquam propter unum verbum omissum exemplum non ad proprium fontem revocandum esse supra dixi, tamen hoc loco recensionis diversitatem me statuere posse putavi quod *miser* in P nec est glossema, quo rarum quoddam verbum explicetur nec interpretamentum, quo illustretur sententia. Vocem illam in P contra metrum adiectam esse nihil refert cum versum is qui addidit certe non iam intellegeret. „Submollior" (submollire) verbum esse Nonius videtur voluisse.

11. Aul. 748 P:

Luce clara deripiamus aurum matronis palam.

Non. 210, 7:

Luci claro disripiamus aurum matronis palam.

Procul dubio Nonius vetustiorem versus formam tradit. cum constet a veteribus scriptoribus *primo luci, luci claro, poplico luci* esse dicta cf. praeter quattuor exempla a Nonio hoc loco prolata p. 171, 11, p. 468, 22. Plaut. Cist. II. 1, 49. Gell. II. 29, 14. C. J. L. I. 197; Bergk. Beitrg. 146 sqq.

12. Capt. 832 P: *Priusquam pultando [vel] assul[t]atim foribus exitium adfero.*

Non. 72, 21: *Priusquam pulsando assulatim foribus exitium dabo.*

Et *pultare, pultatio* et *pulsare, pulsatio* promiscue utitur Plautus cf. Bacch. 578—583. Truc. 258, Epid. 528, Rud. 332, Most. 445; 453—58 al. — Nec minus *dabo* quam *adfero*

intellegitur quadratque in versum ac sententiam cf. Amph. 564. **Pseud.** 523, 594.

13. Capt. 765. P: *Neminis*
Misereri certumst quia . . miseret neminem.
Non. 134, 17: . *Neminis*
Me miseret nam me miseret neminem.

Quamvis sit Nonii scriptura foede corrupta tamen *nam* recensionis diversitatem indicare mihi videtur; fortasse legit Nonius: *Neminis*
Misereri certumst, nam mei miseret neminem

Lacunam in P (*mei miseret* modo Bb. exhibet) melius quam editores explet Luchsius (Herm. IV. 274) scriptura *mis miseret,* qua etiam proceleusmaticus *quia mei* evitatur. Licentius versum constituit Quicheratus cf. Spengelium ad Truc. II. 1. 13.

14. Curcul 228 P: *Quin reciperet se huc esum ad praesepe suum* (B. *praesepem suum* EJ).
Non. 218, 3: *Quin reciperet se huc [c]essum ad praesepim suam.*

Quamquam neutrum *praesepe* apud bonos scriptores invenitur, tamen cum respuat versus in P. exstitisse non potest; num in B. restitunda sit forma masculina *praesepem suum* quam exhibent codices E. J. (quorum scripturas inter se congruentes multum valere dicit Goetzius praef. in Curc. p. I.) propterea dubium est, quod masculinum alibi non legitur; femininum, quod ex hoc loco Charisius quoque (p. 59, 11) adfert, in Palatina recensione hic fuisse non videtur, etsi scriptum videmus Casin. prol. 57 *praesepis suas*, Rud. 1038 *praesepis meas.* Scriptura quae est *essum* invenitur Trin. 406 Men. 147. 458. al. cf. Proleg. CII.

15. Epid. 188. P: *Jam ego me convortam in hirudinem atque eorum exsugebo sanguinem.*
Non. 102, 29.: *Jam ego me convortam in hiru[n]dinem* (— *nes:* libri) *atque horum exorbebo sanguinem.*

Recensionis duorum versuum diversitatem agnovit Ribbeckius (nov. ann. phil. 69. p. 35). Cum P. coit Nonius 479, 20. cf. Bacch 869.

16. Epid. 559. P: *Cedo manum* || *Accipe! aerumnosam et miseriarum compotem*

Non. 456, 21.: *C[a]edo manum* || *Accipe! ęrumnarum et miseriarum compotem*

Nonii memoriam a P. absonam esse certissimum est, incertum num redeat ad A., in quo nihil legi potest nisi: **cedo manum || accipe aerumn. . .**

17. Bacch. 743. P: *Quod dem scortis quodque in lustris comedim et congregem* (i. e. *congraecem) pater.*

Non. 83, 28.: *Quod dem scortis quodque in lustris comedim, congraecer pater.*

Congreger: libri Nonii. — Suo iure editores retinuerunt *congraecem* cum non sit, cur dubitemus quin Plautus activum verbum usurpaverit; quoniam vero postea semper usurpabatur verbum simplex *gaecor* (cf. Hor. sat. II. 2, 11) apud Nonium quoque deponentis forma *congraecer* posita est. Quae re cognoscitur Nonium iterum recentiorem recensionem nobis tradere.

18. Bacch. 792. P:

Nunc a trasenna hic turdus lumbricum petit.
Pendebit hodie pulcre, ita intendit erus.

Non. 6, 13:

Nunc ab transenna turdus lu⟨m⟩*bricum petit.*
Pendebit hodie pulchre, ita intendit erus.

Omnes codd. Nonii omittunt v. 792 *hic*, praebentque *transenna,* quam formam editores plurimi et hic et alibi adoptaverunt, quamquam in libris Plautinis *trasenna* (vel *trassenna*) praeter hunc locum traditum habemus Rud. 1239 et Pers. 480 ubi etiam A. eam scripturam exhibet (cf. Ritschelium ad h. l.). Rud. 1236 Pareus in P. quoque *transenna* legit.

19. Mil. 627 P:

Quid ais tu? itane tibi ego videor oppido Acheruntirus.

Non. 4, 28: *Quid ais totam* (i. e. *tu? tam) tibi ego videor oppido Hacheruntius.*

Nonii scriptura quae est *tam* propter sequentia *tam capularis? tamne tibi* e. q. s. magis arridet et iure a recentioribus editoribus recepta est. Vox *Acheruntus (Hacheruntus)*

corrupta est; apud Plautum solummodo *Acheronticus* invenitur cf. Bacch. 198. Men. 290; errat h. l. Lorenzius.

20. Mil. 631. P:

Si albicapillus (C; *albus capillus:* cet. lib.) *hic videtur neutiquam ab (ibi:* libri) *ingenio senex.*
Inest in hoc emusitata sua sibi ingenua indoles

Non. 456, 33: *Si albet capillus, hic videtur neutiqam ab ingenio senes.*
Inest in hoc emeusiaetas sua sibi ingenua indoles.

Alterius versus corruptela corrigitur exemplo p. 9, 11:
Inest in hoc emussitata sua sibi ingenua indoles.

Editores plurimi inde a Bothio codicis C. scripturam addito *est* post *ingenio* receperunt; si vero solam sententiam respicimus lectio quoque Nonii sine ulla mutatione stare potest, qua evitatur inusitatum vocabulum *albicapillus*; sed cum numeros iambicos in trochaicos vertere nesciam, Nonii versus forma magis explicari quam defendi posse mihi videtur; eam vero per corruptelam e librorum memoria ortam esse mihi persuadere non potui.[13]) Vox *emussitata* quam mutat in *amussitata* Ritschelius, cum Ribbeckio Brixioque quamvis sit obscuri etymi, retinenda est cf. Loewii prodr. p. 284. Fest. p. 76; Placid. gloss. p. 42 D. Nonii scriptura *senes*, unde Kochius (mus. rhen. 25 p. 520) coniecit *senet*, si ommino aliquid valeat modo vulgaris sermonis neglegentiam demonstrat in quo littera „x“ maxime in verborum exitu perinde atque „s“ pronuntiabatur cf. Schuchardt l. l. I. p. 132; Corssen II². p. 665.

21. Mil. 1407. P: *Ubi lubet; distendite hominem divorsum et dispendite* (codex vetus bis: *dispendite.*)

---

[13]) Ut versus iambici trochaicis vel trochaici iambicis male intermisceantur hic illic etiam in P. accidit velut Pers. 515 (sept. iamb. exstat inter trochaicos; at cf. Buechel. nov. an. 87. 773 et Hauptium Herm. III. 337 qui ex A *neque quam* reposuerunt) et Men. 130. (sept. troch. exstat inter iamb.; antecedens enim v. 129 no cum Ritschelio in trochaicam formam redigendus est sed librorum scriptura *congratulantes* qua fit septen. iamb. cum Brixio retinenda videtur). Cist. II. I. 42 exhibet P octonarium, A senarium; Casin. II. 1. 15 praebet A pro octonario versum creticum. cf. Baier pag. 16 sqq.

Non. 9, 30:

Ubi lubet; dispennite hominem diversum et distendite.

Assimilationem duarum consonarum quam deprehendimus in forma *dispennite* constat in sermone vulgari fuisse satis tritam; alterum eius neglegentiae exemplum, quod est *tennite*, tradit Donatus ad Ter. Phorm. II. 2. 16, nec dubito, hoc quoque loco cum Meursio *distennite* scribere; cetera exempla collegit Schuchardtius c. l. I. p. 146. Plauto ipsi haec incuria propterea potissimum tribuenda erit, quod scimus litteris „nd" sermonis latini interdum respondisse geminata littera „n" patriae dialecti Umbricae velut „quamde" vel „quande" = „pane" (*panne); ali-cunde = „pune" (*punne) cf. Aufrecht. — Kirchhoff. monum. ling. Umbr. I. p. 160 sq. et Corssenium I.² 210.

22. Merc. 859. P: *Neque mihi ulla obsistet amnis nec mons neque adeo mare.*

Non. 191, 31: *Neque ulla mihi obstavit amnis nec mons neque* (*atque*: libri) *adeo mare.*

Verborum traiectio apud Nonium mendosa est; aptissima autem forma *obstabit* quam usurpavit Plautus in Stichi quoque versu simillumo 287.

23. Trin. 692. P: . . . *haec famiferatio.*

Te honestet, me conlutulentet, si sine dote duxeris.

Non. 84, 25: . . . *haec famigeratio.*

Te honestet, me conlutule⟨n⟩*tet, si sine dote duxeris.*

Vocem *famigeratio*, quam exhibet Nonius, codices quoque post v. 705, ubi hic et sequentes versus iterantur, praebent; sed ei versus sine dubio ex alia recensione eaque cum Nonii gemella petiti sunt. Quid Plautus scripserit, non certum est. cf. Bergkium (diar. stud. antiq. a 1855 p. 289) et Loewii prodr. p. 198.

24. Trin. 1090:

Propter eosdem quorum causa fui hac aetate exercitus.

Non. 192, 20:

Propter eosdem quorum causa fui hoc aetat exercitus.

Nonium legisse *hoc* propter lemmatis verba *aetas masculina Plautus* certissimum est; sed cum vix credibile sit,

aetatis vocem umquam pro masculino esse usurpatam, genetivum (ut *hoc noctis* Curc. 1) intellexerunt post Ritschelium (Proleg. LXXXIV) Bergkius (Beiträge p. 149 sq.) Muellerus (Prosod. p. 391). Sed quomodo tum metrum sit expediendum nescio.

25. Trin. 1153 P:

Non ego sum salute dignus? || *Immo* . . .

Non. 497, 32: *Non ego sum dignus salutis?*

Vetustiorem versus formam, quam exhibet Nonius in P. mutatam invenimus, ne *dignus* cum genetivo coniungatur simulque verba ad vitandum hiatum inter *salute* et *immo* transposita sunt.

26. Trucul. 497 sq. P:

Nunc amicam decimo mense post Athenas Atticas
Viso, quam gravidam reliqui meo compressŭ, quid agat.

Non. 457, 21:

Nunc ad amicam decimo mense ⟨post⟩ *Athenas Atticas* (*Attiseas*: libri)
Viso, quam gravidam hic reliqui meo compressu, quid (*quod:* libri) *agat.*

Aqud Plautum visendi verbum et cum accusativo (Turc. 198; Rud. 1286; Epid. 212; Pers. 77) et cum praepositione „ad" coniunctum invenitur (cf. Epid. 303. Bacch. 529. Capt. 894; Mil. 520), quocirca illud *ad* et vocula *hic* in altero versu aptissime addita fontium diversitatem satis indicant.

27. Turc. 566:

Haec cum video si fieri susfuror supplicio.
De ⟨praeda⟩ *praedam capio.*

Non. 12, 26:

Haec cum video fieri suffuror suppilo.
De praeda praedam capio.

Admodum cunctanter locum huc rettuli. *Si* in archetypo Palatinorum fuisse consensus librorum docet; cum vero per se nihili sit, vv. dd. in *sic* mutaverunt, quod bene in sententiam, minus in versum quadrat. Codicum verba *sic* retento non sine licentia in versus redigit Muellerus (Nachträge p. 146 .

Cum his, de quibus egimus, versibus uno tenore praeter

Pseud. 152 quem versum iam tractavimus, excitantur ideoque non ad P. revocanda sunt exempla haec:

(28.) Asin. 172. P:

Par pari datum hostimentumst opera pro pecunia.

Non. 3, 28 male transponit: *hostimentum datum est;* nec aliter p. 529, 2. scriptum videmus.

(29.) Asin. 892. quocum versu prorsus non discrepat Non. pag. 4, 24.

(30.) Curc. 99:

Nam omnium unguentum odor prae tuo nausea est.

Non. p. 8, 7. bene praebet *nautea;* nam *nausea* cum odore comparari nequit.

(31.) Men. 756. P: . . . . *cons[c]itus sum*

Senectute: onustum gero corpus: vires

Reliquere: ut aetas mala est merx mala ergost.

Non. 192, 18: . . . *ut aetas mala est mers mala est ergo.*

Quoniam cum his verbis ad litteram consentit alterum exemplum p. 1, 24 ne id quidem ex P. manasse potest; sunt verba: . . . . *consitus sum*

Senectute: onustum gero corpus: vires

Reliquere: ut aetas mala est mers mala est ergo.

Nonii scriptura v. 758 licet sit corrupta viam emendandi versus praebere videtur, si statuimus, vocula *est* male iterata litteram „t" ante *ergo* excidisse, ita ut scribendum sit:

Reliquere ut aetas malast mers mala tergo.

De forma *mers* alibi ne a P. quidem aliena cf. Ritschelii opusc. II. p. 652 sqq. (Poen. 342. Pers 238. 586. Mil. 728).

(32.) Mil. 668. P:

Tum ad salutandum non cinaedus maiacus equestant ego.

Non. 5, 24 sine illis corruptelis:

Tum ad saltandum non cinaedus malacus aeque est

(33.) Rud. 1038. P: [⟨atque ego⟩.

Ad meum erum arbitrum vocat me hic intra praesepis meas.

Non. 218, 6: *praesepi[a]s meas.*

(34.) Stich. 760. sic exhibet Non. 5, 27:

Lepidam et suavem cantionem aliquam occipito cinaedicam.

Codd. peius *cantationem* et *accipio* at cf. (‚cantio') v. 707 et 768.

II. Exempla quorum discrepantiae non impediunt, ne ad P. referri possint.

Eorum versuum qui secuntur discrepantiae inter Nonium atque librorum scripturas pusillae sunt nec eiusmodi ut Nonii memoria ad peculiarem recensionem revocari possit; partim libri partim Nonius verum servaverunt. Agam priore loco de eis locis quibus

a) Nonii scripturae Palatinae recensionis lectionem superant:

Capt. 135 P: *Ossa atque pellis sum misera macritudine.*
Non. 136, 4. *Ossa atque pellis* ⟨s⟩*um miser macritudine.*

Cum et Noniana scriptura quam adoptavit Ussingius et *misera macritudine* quod recepit Camerarius defendi possit, fortasse quispiam de recensionis diversitate cogitet. Attamen iudicium lubricum videtur esse, quia a librario quodam facillime adiectivum addita littera „a“ cum sequenti substantivo coniungi potuit. *Aegritudine* ex coniectura scripserunt Fleckeisenus Geppertusque pro *macritudine* quam vocem suo iure retineri vult Spengelius (Philol. 24, 350; cf. Aul. 564), infelicius autem huic viro docto res successit cum exstirpato *sum* mensuram quae est *mâcritudine* apud Pautum statueret.

Capt. 672 P:
Delaceravisti deartuavistique opes Confecisti.
Non. 95, 18:
Deartuasti dilaceravisti [at]que opes Confecisti.

Quoniam et codicum et Nonii verborum collocatio ferri potest, iterum suspicari licet, hoc exemplum a P. esse abrogandum; id quod, si quis ad eam sententiam inclinaverit, non solum in hunc versum sed etiam in v. 641 qui cum eo sine intervallo proferatur cadit.[12])

Capt. 641 P:
Tum igitur ego aerumnatus deartuatus sum miser.

---

[12]) Rem denuo deliberanti mihi magis magisque versi simile videtur haec tria Captivorum testimonia (v. 135. 641. 672) non ad P. pertinere.

Non. 95. 18: *Tum igitur ego de⟨r⟩unci⟨n⟩atus deartuatus sum miser.* cf. Mil. 1142.

Curcul. 3. P:

Quo Venus Cupido imperat suadetque Amor.

Non. 421. 13:

Quod Venus Cupidoque imperat suadetque Amor.

Cui persuaserit Ritschelius (nov. exc. p. 57. 79 sq.) in prisco sermone latino adverbio „quo", quamvis sit mutila dativi forma, tamen sicut accusativis „me", „te" per analogiam illud „D" ablativi affixum esse, referet hunc Nonii locum ob scripturam *quod* ad peculiarem fontem eumque multo vetustiorem quam P; id quod ego nolui cum haec Ritschelii sententia mihi parum certa esse videretur (cf. Bergkii Beitrg. p. 56. 72 sqq.; at Ribbeck. in mus. rhen. 24. 485 et ad Titin. 165 et 46 (= Non. 95. 1). *Quod* a scriba sententiarum connexus ignaro facillime eo consilio poni potuit ut penderet ab *imperat suadetque*.

Curcul. 367 P:

Haec sunt ventri stabilimenta: panem et assa bubula.

Non. 218. 12:

Haec sunt ventris stabilimenta: pane et assa bubula.

Panem nihili est, *pane* sensu flagitatur; dativus *ventri* ex Plauti consuetudine positus et hoc quoque loco retinendus est cf. Ritsch. Prolog. LXXXIII Brix. ad Mil. 1. — Asin. 426. 894. Amph. 45. Most. 89. Mil. 1. 4. 727. Men. 89. Pseud. 17. Trin. 371. 558 alibi.

Epid. 230. P:

Tunicam raliam tunicam spissam.

Non. 539. 15 melius: *rallam* cf. Loewii prodr. p. XIII et 268.; Non. p. 539. 28.

Bacch. 679. P:

Occidi || *Animus iam istoc dicto plus praesagitur mali.*

Non. 476. 19:

Occidi || *Animus (animis:* libri) *iam stoc dicto plus praesagitur mali.*

Propter scripturam *stoc* Nonii testimonium a P abrogari nolui. Etenim adeo non a me impetrare possum, ut Ritschelio

Bergkioque (ad Trin. 1080 et Beitrg. p. 51.), qui pronominis „iste" formas littera „i" carentes esse vere Plautinas censuerunt, adstipuler, ut contra Lachmannus (in Lucret. p. 179), qui primus eas formas in lucem revocavit, solummodo evicisse mihi videatur, aetate Nonii (ex quo plurima exempla hausta sunt[13]) eas satis fuisse vulgatas et a librariis (sive Nonii auctoribus)[14]) passim esse positas, non autem, omnes illos scriptores, e quibus exempla sint petita, ipsos eas usurpasse. Itaque ego Brixii (ad Trin. 1080) Muellerique (Nachtrg. p. 117) sententiam, qui mutilas formas Plauto non esse vindicandas rati codicum scripturam genuinam retinuerunt, amplector.

Men. 707 P:

Adibo atque hominem accipiam quibus dictis aeret (BaCD, *aeret* (m superscr.) Bb).

Non. 468. 15: *dictis quibus meret*, quae verborum collocatio Quicherato probatur.

Men. 778. P: *Nescio quid vos vel*⟨it⟩*ati estis inter vos duos.*

Non. 3. 8: *velitati* et *duo.*

Duo cum Nonio scribi potest, non debet; nam libri inter eas formas ita fluctuant, ut Plautus utramque usurpavisse videatur; cf. Epid. 187. 344. 374. Pseud. 333. 1000. Capt. 110. Epid. 667. Pseud. 382; Most. 832 (A. et P.)

Men. 1038. P:

Salvom tibi ita ut mihi dedisti redhibeo (CD; *sed habeo* B.) vel post. v. 1028 ubi vv. 1037—1043 anticipati sunt:

Salvom tibi item ut (B; *item tibi ut* CD) *mihi dedisti reddebo* (CB).

Vera scriptura quam exhibet Non. 476. 25: *Salvom tibi ita ut mihi dedisti reddibo* in libris modo obscurata est.

Mil. 423 sq. P:

Te adloquor vitii probrique (propinque: libri*) plena.*
Quae circum vicinos vaga es (Bb CD).

---

13) cf. p. 428. 4; 448. 30; 536. 33; 476. 20; 127. 16; 474. 25; 376. 23; 219. 20.

14) cf. „scaria" Men. 94. = Non. pag 108. 27; 338. 13.

Non. 467. 21:

Te adloquor vitii probrique plenus
Qui circum vicinos vagas.

Cogitari potest recensionis Pal. auctorem haesisse in forma *vagas* pro *vagaris*[14a] — quamquam scimus activas huius verbi formas apud antiquissimos scriptores fuisse usitatas — eamque lenissime in *vaga's* mutasse; sed cum Vetus cod. a manu prima probam scripturam exhibeat, Nonii testimonium a P. abiudicare non ausus sum. Quomodo corruptela Nonii quae est *plenus qui* sit explicanda cf. p. 61.

Mil. 990 exhibet Non. 230. 8:

Viden tu illam oculis venaturam facere atque aucupium auribus?

Libri versum corruptum praebent sed tamen ita ut Veteris lectio proxime a Nonii memoria absit (*oculi suae naturam* B. *oculis ut naturam* CD.).

Mil. 1179 P:

Palliolum habeas ferrugeneum nam is colost talassicus.

Non. 549 7:

Palliolum habeas ferrugineum nam is colos thalassicus est.

Merc. 87. P:

Aedificat navem gubnatorū (B; *gerariam* CD) *et mercis emit.*

Non. 533. 31: *Aedificat navem cercurum et merces emit.*

Cf. ad Stich. 368 p. 32. — Intruso glossemate, ut videtur, vox primitiva in libris prorsus exstincta est.

Poen. 507. P:

Tardiores quam corditae sunt in tranquillo mari.

Non. 533. 11: *corbitae*, nonnullique libri: *et in mari.*

Poen. 543. P: *Obsecro hercle operam velocem hanc mihi ne corbitam date.*

Non. 533, 3 et 533. 12: *Obsecro hercle operam celocem hanc mihi ne[c] corbitam date.*

Scriptura *velocem*, quamquam eandem sententiam atque *celocem* efficit, tamen, cum imago, quae inest in audaci verborum coniunctione (cf. Holtzii Synt. I. 7) *operam celocem* —

[14a]) cf. Pers. 319 et Langen. Beiträge 59 sqq. (67).

corbitam, relicta voce *corbitam*, laedatur nec tollatur, non potest non esse mera corruptela.

Pers. 122 exhibet Non. 179. 23:

Tuburcinari de suo si quid domist

Domi sit: Nonii libri; codd. Plaut.: *turbucinari.*

Truc. 833. P. cum glossemate habet:

Sive adeo caret temeto tamen ab ingenio [timidus] est [improbus.

Non. 5. 7. omittit *est.*

Truc. 913 = Non. 155. 33:

Plus decem pondo amoris pauxillisper perdidi[t]. cf. p. 61.

P: — *moris pausilliper perdidi* (cf. Epid. 248.)

Truc. 964. = Non. 467. 7:

Lepide ecastor aucupavi atque e mea sententia.

P: *[m]ecastor aucupabatque ex* . . . .

b) Codicum scripturae praestant Nonii memoriae vel Nonius ac P. similibus vitiis laborant locis his:

Amph. 843 P:

Ne ista edepol si haec vera loquitur examussim est optima.

Non. 9. 9 *si vera loquitur haec amussim* secundum Gerlachium exhibet, plerosque autem codices *si vera haec loquitur* praebere testatur Quicheratus; quam collocationem antea reposuit Lindemannus.

Amph. 883 = Non. 456, 13 *(arguta* pro *argutam*). — Amph. 1062 = Non. 227, 17 (⟨strepitu⟩*s crepitus* e. q. s.)

Asin. 274 = Non. 72, 16 (P: *aetate*⟨m⟩; Non.: *qui* pro *ut*). — Asin. 284 = Non. 72, 14 (Non: *abeo ut ad*; om. *nobis*). Hos duos versus Nonius sub eodem lemmate adfert. Eo quod in lemmate exstat *aetate*, quam scripturam priore loco etiam libri Plautini praebent, non probatur in exemplari, quod Nonii auctor excerpserit, iam fuisse nostrorum codicum mendum (cf. p. 271, 2) nec inde, quod v. 284 ante v. 274 promitur colligendum est, eius fontem turbatum versuum ordinem exhibuisse: nam quamquam Nonius etiam in exemplis subsicivis servare solet primitivam seriem et versuum — cum complura unius fabulae testimonia exscribit (praeter p. 454, 25 = Aul. II. 2, 38 et II. 2, 36) — et fabularum — cum e

compluribus comoediis exempla sub uno lemmate excitat velut p. 5, 20: Aul. Mil. Stich., p. 532, 30: Asin. Capt. Poen., alibi — tamen cum ordinem a Nonio hoc loco prolatum esse genuinum vix cogitari possit, casu factum videtur esse, ut ipse duo exempla quae invenerit, transponeret. cf. Schmidtium l. l. p. 3. — Aul. 304. = Non. 207, 23 (*obturas* pro *obturat*). — Aul. 83 = Non. 483, 19 (om. *aliud*; *furi*⟨b⟩*us*), — Aul. 84 = Non. 123, 18 (*arantes* pro *araneis*; Non. et P: *inanis* pro *inaniis* cf. ad. Capt. 690 p. 59). — Aul. 379 sq. = Non. 496, 21 (*interdum* pro *inter vias; inter viam* legisse Nonium suspicatur Wagnerus quare non minus difficile est explicatu quomodo hoc testimonium sub lemmate: „genetivus casus positus pro dativo“ poni possit cf. Buechel. decl. lat. p. 32). — Aul. 659 = Non. 172, 21 (om. recte *hinc*). — Aul. 691 = Non. 229, 21 (om. *te*).

Capt. 84 = Non. 164, 20 (om. *ruri*). — Capt. 569 = Non. 184, 4 (*vero a* pro *vera*). — Capt. 661 sq. = Non. 7, 29 (transposuit *sartor satorque* (v. 655); et *prius audebas dicere* (v. 666). — Capt. 855 = Non. 484, 9 (om. *tu*, transponit *victi cotidiani; coctidiani* : libri Pl.). — Capt. 874 = Non. 533, 2 (*celoce[m] ibidem*⟨que⟩; *ullum* pro *illum*.)

Curc. 463 = P: *Kalophantam an sycophantam hunc*
magis [hoc] esse dicam nescio.

Non. 120, 8: *Halofantam aut sycofantam* ⟨hunc⟩ *magis*
esse dicam ⟨nescio⟩.

Quomodo versus sit emaculandus cf editores Muellerumque pros. p. 29. *Aut* apud Nonium e lemmate intrusum est cf. Fest. p. 101, 18 M. — Curc. 690 = Non. 552, 12 (om. *itidem*). — Curc. 691 sq. = Non. 199, 11 (*ferro* pro *ferreo* v. 692). —

Men. 98 = Non. 422, 13 (*hominis non aut vert* pro *homines alit verum*). — Men. 359. P: *Item hinc ultro fit ut meret potissimus* (— *mum* B) *nostrae domi ut sit* = Non. 468, 13 qui non dissidet nisi scriptura *hic.* Metri causa Ritschelius *ut sit domi* scripsit; cum et P et Nonius pravam verborum collocationem exhibeant testimonium ad P redire videtur, quare suspicari licet apud Nonium quoque exstitisse

hinc. Mutatione enim eius voculae in *huic* (etsi Noniana scriptura non obstat) non opus esse puto, si *hinc* (i. e. *a me*) ita intellegimus, ut sit *hinc ultro* perinde atque *ultro citro*. — Men. 570 = Non. 467, 12 (*ut* pro *huc*). — Men. 859 = Non. 72, 25 (⟨osse⟩ *nisi* pro *osse fini*). Tutatur Nonius sua scriptura licet sit depravata formam *fini* (cf. Ritshelii op. II. 252; Cat. r. r. 28, 2) et hiatum in caesura (cf. Muelleri pros. p. 578 sq.); omnino nihil hoc loco mutandum sed sententiam reconditam interpretatione esse expediendam arbitror; quae res non bene successit Teuffelio[15]) (nov. ann. a. 1869 p. 485), melius Schwabio (nov. ann. 105. p. 414 sq.) qui post *senem* anacoluthiam statuens scribi vult:

. . . . *senem* — —
Osse fini dedolabo e. q. s.

De significatione vocis *viscera* cf. Schoemannum ad Cic. de nat. deor. II. 6. 18.

Mil. 927. P: — *ni ludificata lepide*
Ero, cúlpam omnen ín me impónito.
Non. 476, 29. — ni] *lúdificata lépido*
Ero, culpam omnen in me imponit⟨o⟩.

Ex corrupto Nonii lemmate sumpsit Ritschelius: *ludificata ero hominem Culpam omnen in me*⟨d⟩ *imponito*. Cf. Lipsii Antiqu. lect. IV. 20. Ribbeckius scripsit: *ludificaro lepide — culpam omem* e. q. s. cum per totam fabulam modo activae formae ludificandi verbi iuvenirentur (cf. vv. 488. 495. 537). Cum vero deponens aptam versus formam efficiat duplicique codicum atque Nonii auctoritate firmetur, ei rei tantum tribuendum esse credo ut tradita verba mutari non necesse sit.

Merc. 205 = Non. 115, 30 (*aqua* pro *aquam* cf. p. 223, 11) — Merc. 929 = Non. 428, 21 (*sines* pro *sinis; sines* stare potest si nobis sumimus Nonii auctorem v. 930 *non sinam* legisse).

Pseud. 10 = Non. 503, 26. (*lacrimas* pro *lacrimis*) — Pseud 183 = Non. 500, 17: *vino modo cupidae estis (cupidet*

[15]) Dicit enim: „hunc senem — dedolabo viscera" bietet die nichts weniger als seltene Gleichstellung von Ganzem und Theil hinsichtlich der Casus; id quod hoc loco mihi non probatur.

estis: Non.). De metro a Ritschelio licentius constituto cf. Muelleri prosod. p. 100. Ablativus *vino* ab editoribus refutatus, haud scio an defendi possit; nam genetivo significatur id quod cupitur, ablativo, quo cupiditas exercitatur. Lipsius (epist. quaest. V. 12) ad hunc usum excusandum versum Attii (v. 35. R.) apud Non. 521, 27. ubi *compos,* et Turpili (v. 157. R.) sub hoc lemmate allatum, ubi *expers* cum ablativo coniungerentur, in comparationem vocavit. Ablativus *vino* etiam Non. 394, 32 (cf. infra) exstat. — Pseud. 572 = Non. 11, 20 *(sycofantia est).*

Poen. 48 sq. P:

Eius nunc regiones, limites, confinia
Determinabo; ei rei ego sum factus finitor.

Nec aliter Non. 11, 26 nisi v. 49 *eius rei*; quae discrepantia non impedit, praesertim cum Nonius idem corruptum metrum in versus exitu ac libri praebeat, ne testimonium ad P. deferatur. — Poen. 235 sq. = Non. 510, 30 *(ut egre* pro *vix aegreque* v. 236).

Pers. 104. = Non. 10, 2. (P: *at edis;* Non. *ad aedes* pro *at edes)* = Pers 255 = Non. 510, 22; *quam meo* apud Nonium ex *quia meo* corruptum videtur esse praesertim cum *quia* syntaxi satisfaciat; Ritschelii scripturam *quoniam* refutat Luebbertus Gram. Stud. II. p. 103 sq.

Rud. 263 sq. = Non. 511, 10 (transponit *vo[r]s ire,* om. *veste.)* — Rud. 618 = Non. 155, 28 *(ineptorum* pro *impiorum)* — Rud. 910 = Non. 533, 20 (P: *horeia* pro *horiae* Non. *horia*⟨e quae in⟩; vetus vitium videtur esse scriptura *horia* pro *horiae:* de structura cf. Men. 134. Bacch. 1070. Merc. 826. — Rud. 1020 = Non. 533, 21 *(labor[ar]e).*

Trin. 576 = Non. 109, 14 *(de* pro *di)* — Trin. 873 = Non. 73, 2 (P: *istane;* Non. om. *et; ad ipsam* pro *istanc).*

Truc. 137 = Non. 499, 9 *(tu*⟨o⟩*)* — Truc. 854 = Non. 80, 21 (P: *et lutea e*⟨s⟩*t;* Non.: *ec lautea est).*

III. Nonius et codices ad litteram concinunt.

Amph. 1 = Non. 213, 5; v. 117 = Non. 224, 32; v. 257 = Non. 496, 8; v. 444 = Non. 179, 17. [v. 775 = Non. 43, 26?].

Asin. 65 = Non. 215, 26. v. 326 sq. = Non. 198, 21; v. 307 = Non. 3, 6; v. 320[16]) = Non. 109, 9; v. 706 = Non. 3, 3; v. 746 = Non. 225, 15. His duobus locis et Nonii et codicum memoria cum metro pugnat, quod vitium v. 746 inserta forma *conscripsti* tollitur; v. 706 leni medela sanari non posse videtur. — v. 78 = Non. 83, 8; v. 258 = Non. 532, 33; v. 375 = Non. 476, 16.

Aul. 75 = Non. 217, 28; v. 95 = Non. 543, 23; v. 116 = Non. 476, 17; v. 245 = Non. 496, 15; v 276 = Non. 217, 29; v. 355 = Non. 5, 10 (cf. Fest. p. 364 M.); v. 467 = Non. 171, 32; (v. 514 = Non. 548, 15); v. 622 = Non. 543, 30 (cf. p. 313, 25).

Capt. 164 = Non. 482, 2; v. 690 = Non. 422, 8. Cum et libri et Nonius eadem verba, quae versum non explent, praebeant, lenissima medela adhibenda est; mihi versus sic scribendus videtur esse:

Qui per virtutem — peri⟨i⟩*t, at non interit.*

Saepissime apud Nonium simplicem litteram „i“ pro „ii“ scriptam videmus (Aul. 15, 510, 701, Asin. 892 al.), cuius vitii interdum libri quoque Plautini participes sunt (Aul. 84). — Non secus versum scripsit Lindemannus, sed aliter intellexit cum „at“ pro „saltem“ collato v. 694 accipiat. Equidem velim subaudiatur semel *periit*, qua de ellipsi verbi in enuntiato secundario cf. Capt. 682 Fl.:

Dum ne ob malefacta — peream: parvi ⟨id⟩ *aestumo.*

Capt. 717| = Non. 143. 17; v. 796 = p. 552. 15.; v. 999 = p. 191. 26. —

Curc. 126 = Non. 510. 17. —

Casin. 164 = Non. 7. 13; v. 540 = p. 483. 33.

Cist. II. 2. 6 = Non. 102. 18. —

Epid. 189 = Non. 484. 14. [Bacch. 1151 = Non. 6. 17; cf. p. 13.] —

Men. 47 = Non. 499. 30; v. 50 = Non. 9. 13; v. 469 = Non. 3. 22. cf. p. 537, 33.

---

[16]) Hiatum in caesura tutatur Nonius.

Merc. 854 = Non. 421. 24. [Mil. 664 = Non. 9. 21; cf. p. 13.] —
Pseud. 68 = Non. 422. 30. — Poen. 139 = Non. 199. 4. —
Stich. 721 = Non. 210, 22. — Trin. 345 = Non. 423. 28. —
Truc. 601 = Non. 123. 31.

IV. Fragmenta exstant:

Amphitruonis:[17]) Non. 543. 5; p. 543. 12; p. 225. 6 (omisit Goetzius p. 116); p. 456. 18 (cf. p. 331. 15).

Aulularíae: Non. 120. 4. et p. 225. 8.

Captivorum: Non. 498. 21 (cf. Capt. v. 25. 92. 144.)

Cistellariae: Non. 72. 19; 198. 24; 482. 2 (a Pareo post IV. 2. 39 insertum); 499. 29 cf. de his fragmentis Ladewig. mus. rhen. III. 520 sqq.

Bacchidum: Non. 6. 4; 172. 31; 173. 2; 421. 15; 474. 32. cf. Ritschelium (mus. rhen. n. s. IV, 354 sqq. et 567 sqq. = op. II. 292 sqq; Parerg. 389 sqq.

Vidulariae: Non. 476. 23; (cf. p. 104. 13); 468. 31; 123. 83. cf. Studemund. (ind. schol. Gryph. 1871/72).

Restat ut ea, quae eruimus, in pauca colligamus.— Ad unum omnia testimonia quae Nonius e maiore qui vocatur commentario adfert ad fabulas Varronianas pertinent; quarum fabularum adhuc notae erant duae recensiones, Ambrosiana et Palatina. Quoniam vero vidimus e numero eorum versuum, quibus adsunt scripturae codicis A., apud Nonium loci IX. (XIV.) nec cum A. nec cum P. conspirare, V (VI) cum A, VIII (X) cum P. coire atque inter reliquos locos, ubi solum P habemus, XXVI (XXXVI) versus apud Nonium a Palat. recns. discedere, primo obtutu satis difficile est intellectu, quo modo hi omnes inter se tam diversi loci ad unum fontem redire possint. Quae res mea quidem sententia non nisi eo modo explicari potest, ut statuamus Nonii fontem ad tertiam fabularum Varronianarum recensionem sive ad vulgatam quandam

---

[17]) cf. Joh. Schroeder: de fragm. Amph. Plaut. Argent. 1879.

textus formam spectare, quae praeter nonnullas peculiares scripturas ita quasi medium locum obtineat inter A. et P. ut modo ad Ambrosianam modo ad Palatinam recensionem propius accedat. Num Nonius commentario usus sit, dubito; multo enim mihi veri similius videtur esse eum glossarium adhibuisse, quod grammaticus quidam glossas vel potius ipsos versus, in quibus inessent, excerpens aliorumque scriptorum exempla adiciens composuerit. Quae sententia per se patet si Nonii testimonia ad vulgatam nec grammatici opera recensitam formam fabularum redire putamus (nam commentarius i. e. interpretatio sine recensione cogitari nequit) fulciturque eo quod facit potestatem originis nonnullorum vitiorum facilius cognoscendae velut mirae Nonii scripturae e Mil. 423 sq., quae est *plenus qui* pro *plena quae*. Cum Sceledrus meretricem Philocomasium illis verbis adloquatur, Nonii scriptura, nisi quis forte putat in eius fonte totius scenae condicionem aliam fuisse atque in nostris codicibus, intellegi nequit; idem cadit in Trin. 839 ubi exhibet Nonius *cum hisce* pro *quibus*. Si autem nobis sumimus omnes versus a Nonio traditos extra omnen sententiarum connexum in glossario quodam exstitisse, eiusmodi graves mutationes multo facilius nasci potuerunt nec iam mirabimur, quod scriptum invenimus Truc. 913. *perdidit* pro *perdidi*, Poen. 489 *faciam* pro *faciat*, Trin. 839 *diluctavit* pro *diluctavi*, Aul. 304 *obturas* pro *obturat*, Pers. 493 *ea* pro *eam* et quae sunt similia.

M. Hennigi dissertationem „de Nonii Marcelli locis Plautinis" (Regim 1884) quoad in hac disquisitione componenda versabar non novi.

Integra commentatio apud eundem bibliopolam propediem emittetur.

Vita.

Natus ego sum Carolus Reblin a. d. XVIII. Kal. Sept. a. 1860 Treptowiae in oppidulo Pomeraniae ad Tollense fluvium sito patre Johanne matre Johanna e gente Albrecht quos adhuc superstites esse vehementer gaudeo. Fidem confiteor evangelicam. Litterarum elementis in patriae schola imbutus anno 1875 receptus sum inter discipulos gymnasii Neobrandenburgensis tum Georgii Thilonis nunc Sauerweinii auspiciis florentis. Maturitatis testimonio instructus vere a. 1881 Gottingam me contuli, ut studiis philologicis operam navarem, ibique audivi disserentes viros doctissimos J. Brunsium, Goedekium, de Leutschium, Sauppium, Schmarsowium, Volquardsenum, Wilkenum; sex mensibus post Berolinum migravi ubi me docuerunt vv. dd. E. Curtius, Deussenus, Huebnerus, Kiepertus, Kirchhoffius, Muellenhoffius, Paulsenus, Robertus, Roedigerus, Schererus, Vahlenus, Wattenbachius, Zellerus. Auctumno a. 1882 adii universitatem Lipsiensem et frequentavi scholas quas instituerant vv. dd. G. Curtius, Hermannus, Hirzelius, Lipsius, Ribbeckius, Struempellius, Zarnckius. Gryphisvaldiae inde a vere a. 1883 interfui per quattuor semestria scholis Kaibelii, Kiesslingii, Reifferscheidii, Schuppii, Susemihlii, Vogtii, de Wilamowitzii, Zimmeri. In exercitationibus versatus sum epigraphicis Kaibelii, theotiscis Muellenhoffii, philosophicis Schuppii, aristotelicis Susemihlii, philologicis Vahleni, palaeographicis Wattenbachii. Kiesslingius Kaibeliusque me receperunt in seminarium philologicum cuius per tria semestria fui sodalis ordinarius. Reifferscheidius mihi permisit ut theotisci seminarii sodalis essem bis sex menses. —

Quibus viris omnibus optime de me meritis, imprimis Kiesslingio, Kaibelio, Reifferscheidio, Susemihlio qui nunquam non summa cum benevolentia me adiuverunt et auxerunt gratias ago semperque habebo quam maxumas.

Corrigenda:

p. 6, l. 17: Amph. 444 pro 440.
p. 13, l. 21: Non. p. 6, 17 pro p. 6, 12.
p. 31, l. 4: *araneorum* pro *araneonem*.
p. 32, l. 5: *Cercyrus* pro *Cercurus*.

Sententiae controversae.

1. Menandri rhetoris *κατευναστικὸς λόγος* e duabus partibus gemellis conflatus est. Cf. Rhett. graec. III. p. 405 sqq. ed. Spengel.

2. Ars rhetorica, quae vulgo fertur ad Alexandrum, esse Anaximenis Lampsaceni comprobari nequit.

3. Rhetor. ad Alexand. c. 16, 1431^b 30 sqq. (= p. 39,5 sqq. Speng.) scribendum est: *γνωσθέντα δ' οὐ μόνον εἰς ἀργύριον οἱ νόμοι ζημιοῦσιν ἀλλὰ καὶ εἰς δόξαν καὶ εἰς π ί σ τ ι ν.*

4. Plaut. Amph. 180 tradita verba *Sum vero verna verbero* retinenda sunt.

5. Tacit. dial. 7. corrupta codicum scriptura *qui non inlustres et in urbe* e. q. s. coniectura Vahleni qui (ind. lect. Berol. aest. 1881. p. 13) proponit: *qui non* [in urbe sed in orbe sunt] *inlustres et in urbe* e. q. s. non sanatur.

6. In Gualtheri de Vogelweide restituendo carmine p. 37, 24 sqq. L., quod incipit a verbis:

[Vil] tumbiu werlt ziuch dinen zoum, wart umbe, sich

solum codicem B sequendum est.

7. Lamprechti Alexandrëidis recensio Argentoratensis ioculatoris cuiusdam artificia redolet.